Liber sermonũ sancti leonis primi pape doctoris floridissi mi ac eloquentissimi incipit fe liciter Sermo primus de ordinatione sua in pontificem

L Audem domi loquaẽ os me um: et nomen sanctũ eiꝰ ani ma mea et spi ritꝰ caro ac lin gua bñdicat Quia nõ vereain de ĩ ingrate mentis indicium est bñficia tacere diuina · et sa tis dignum est a sacrificijs do minice laudis. obsequiũ conse crac͞ois pontificis ĩchoare · qꝛ in hũilitate nr̃a mẽor fuit no stri dñs et benedixit nobis · qꝛ fecit mirabilia magna solꝰ vt presentẽ me concerneret vestre sanctitatis affectio quẽ fecerat necessitas longe pegrinac͞ois absentẽ · Ago igiẽ deo nostro gr̃as sempqꝫ acturus ꝓ omni bus que retribuit michi: vestri quoqꝫ fauoris arbitrium debi ta gr̃aꝝ actione cõ celebro . eui denter intelligens · quantũ mi chi reuerencie amoris et fidei possint studia vr̃e dilc͞ois ĩpẽ dere aĩaꝝ vestrarũ salutem pa storali sollicitudĩe cupiẽti: qui tam sanctum de me nullis ad modũ p̃cedentibꝫ meritis iudi ciũ protulistis Obsecro igitur per misericordias dñi · iuuate votis quẽ desiderijs expetistis vt spũs gratie maneat in me et iudicia vestra non fluctuent Prestet in cõmune omnibꝫ no bis pacis bonũ. qui nobis stu dia vnanimitatis infudit : vt omibꝫ diebꝫ vite mee ĩ omni potentis dei seruicium ⁊ vestra patus obseq̃a cũ fiducia pos sim dñm dep̃cari · pater sancte cõserua eos ĩ nomĩe tuo quos dedisti michi: sempqꝫ vobꝫ ꝓfi cientibꝫ ad salutẽ magnificet anima mea dominũ · et ĩ futuri retributione iudicij ita michi apud iustũ iudicem sacerdocij mei ratio subsistat vt vos mi chi per bona opera vestra sitis gaudium: vos corona · q̃ bona volũtate sincerũ presentis vite testimoniũ prestitistis · Hono rabilẽ igiẽ michi dilc̃issimi ho diernũ diem fecit diuina dig natio · que dũ hũilitatem meã in summũ gradum ꝓuehit qꝫ neminẽ suorũ sperneret demon strauit Vnde etsi necessariũ est trepidare de meritis: religiosũ tamẽ est gaudere de dono . qm̃ qui michi oneris ẽ auctor ipse est administrac͞ois adiutor: et ne sub magnitudinis gratia succumbat ĩfirmus: dabit vir tutẽ qui cõtulit dignitatẽ · Re currente igiẽ per suũ ordinem die quo me dominꝰ episcopa lis officij voluit habere p̃ncipi um · vera michi in gloriam dei est causã letandi Qui michi vt

multū a me diligeretur multa
dimisit Et vt mirabilē faceret
gratiā suā: in eū munera sua
cōtulit· in quo meritoꝝ suffra-
gia nō inuenit Quo ope suo do
minus quid cordibus nostris
īsinuat quid ue cōmendat· nisi
vt de sua iusticia neō ꝑsumat
et de ipsi⁹ misericordia nemo
diffidat: Que tūc euidēti⁹ ꝑmi
net: qū peccator sanctificat̄ et
abiect⁹ erigitur· Neqꝫ enī de
qualitate nr̄oꝝ opū pendet ce
lestiū mensura donorū: aut in
isto seculo ī quo tota vita tēp-
tatio est· hoc vnicuiqꝫ tribuit̄
quod meretur· Ubi si īiq̄tates
dn̄s obseruaret· nullus iudici
um suū sustineret Magnifica
te igit̄ dilc̄issimi dn̄m meū: ⁊
exaltemus nomē eius in inuicē
vt tota ratio celebritatis hodi
erne· ad laudē sui referat̄ auc
toris Nā qd̄ proprie ad effec-
tū aīmi mei ꝑtiēt· cōfiteor me
plurimū de omnmū vestrum de
uocōe gaudere Cūqꝫ hāc vene
rabiliū ꝯsacerdotū meorū splē
didissimā frequentatiōem vi'
deo: āgelicū nobis in tot sanc
tis sentio interesse cōuentum·
nec dubito abundantiori nos
hodie diuine presentie gracia
visitari· quando simul assunt
et vno lumine micant· tot spe
ciosissima tabernacula dei tot
mēbra excellētissima corporis
xp̄i· Nec abest vt cōfido ab h̄

cetu etiā beatissimi petri apli·
pia dignatio et fida dilectio·
Neqꝫ vestram deuotionem il'
le deseruit· cuius vos reuerentia
congregauit De vestro itaqꝫ et
ipse gaudet affectu: et ī consor
tibus honoris sui obseruantiā
dominice institutionis ample
ctitur· probans ordinatissimā
tocius ecclesie caritatem: que
in petri sede petrū suscepit· Et
a tanti amore pastoris: nec in
persona tam imparis tepescit
heredis Ut ergo hec pietas di
lectissimi quam erga humilita
tem meam· vnanimiter exhi'
betis· fructum sui studij conse'
quatur· misericordissimam dei
nostri clemētiam supplices ob'
secrate· vt diebus nostris ex-
pugnet expugnantes nos·
muniat fidem nostram: mul-
tiplicet dilectionem· augeat ⁊
pacem· meqꝫ seruulum suum
quem ad ostendendas diuiti'
as grē sue· gubernaculis eccle
sie voluit presidere: Sufficien
tem tanto operi et vtilem ves-
tre edificatiōi dignetur effice
re· et ad hoc tempora nostre
seruitutis extendere: vt profi
ciat deuotioī· quod fuerat lar-
gitus etati Per ihesum xp̄ris'
tum dominum nostrū cui est
honor cum patre et spiritu san
cto eadem potestas vna diuini
tas· per īfinita secula seculoꝝ·
De eodem sermo secundus·

Quociēs nobis miā dei
donorū suorū dies re-
nouare dignaꝛ · iusta
dilectissimi et racōnalis causa
letādi ē : si officij origo suscep-
ti · ad laudē sui referaꝛ aucto-
ris · Hanc eni obseruanciam ·
omnibꝰ quidē sacerdotibꝰ con
gruā · sed michi maxime neces
sariam esse cognosco · Quoniā
respiciens ad exiguitatis mee
tenuitatem · et ad suscepti mu
neris magnitudinē · etiā ego
propheticū illud debeo ꝓcla-
mare · Domine audiui auditū
tuū et timui : consideraui opa
tua et expaui Quid enim tam
insolitum tam pauendum · ꝙ
labor fragili · sublimitas hu-
mili · dignitas nō merenti · Et
tamen nō desperamꝰ neqꝫ de-
ficimus · quia nō de nobis sed
de illo presumimus qui opaꝛ
in nobis · Unde et dauiticum
psalmum dilectissimi non ad
nostrā elacionem sed ad cristi
domini gloriam consona voce
cantauimꝰ · Ipe enī est de quo
prophetice dictū est Tu es sa-
cerdos ieternū scdm ordinem
melchisedech Hoc ē · nō secun-
dū aaron cuiꝰ sacerdotiū per
propagīnem sui seminis cur-
rēs · temꝑalis ministerij fuit ·
et cum veteris testamenti lege
cessauit Scdm ordinē melchi
sedech in quo eterni pontificis
forma precessit · et dum quibꝰ
parentibus sit editus nō refer
tur · ille ī eo intelligiꝛ ostendi ·
cuius generacō nō potest enar
rari Denīqꝫ cum huius diuini
sacerdocij sacramentū etiā ad
hūanas puenit functioēs · nō
per generacionū tramitē cur-
ritur · nec quod caro ꝛ sanguis
creauit eligiꝛ · ꝟ cessante ꝓuile
gio patrū et familiarū ordine
pretermisso · eos rectores eccle
sia accipit · quos spūs sanctus
ꝑparauit · vt in populo adop-
cōnis dei cuius vniuersitas sa
cerdotalis atqꝫ rgalis est · non
prerogatiua terrene originis
obtineat vnctionē · sed digna-
cio celestis gratie gignat anti
stitē Quāuis ergo dilectissimi
ad explendā nostri officij ser-
uitutem ꝛ infirmi inueniamur
et segnes · dum si quid deuote
ac strennue agere cupimus ip
sius condicōnis nostre fragili
tate tardamur · habētes tamē
incessabilē propiciationē om-
nipotentis ꝛ perpetui sacerdo
tis · qui similis nostri · equalis
pri · diuinitatē vsqꝫ ad huma
na submisit · humanitatē vsqꝫ
ad diuina prouexit · digne et
pie ď ipsius constitucōne gau
demꝰ · Quoniam et si multis
pastoribꝰ curam suaꝝ ouium
delegauit ipse tamē dilecti gre
gis custodiā non reliquit · De
cuiꝰ pncipali eternoqꝫ ꝑsidio
etiā apostolice opis munimē

accepim9 · qđ vtiq3 ab opere suo nō vacat : et firmitas fun damēti cui toci9 ecclīe supstrui tur altitudo nulla icūbentis si bi tēpli mole lassescit · Solidi tas eīn illius fidei que ī aposto lorū principe est laudata · ppe tua est · Et sicut pmanet quod ī xp̄o petrus credidit · ita per' manet qđ in petro xp̄us īstitu it Cū eīn sicut euāgelica lectio ne reseratum ē · īterrogasset do min9 discipulos quē ipsū mul tis diuersa opinātibus crede' rent · respōdissetq3 btūs apos- tolus petrus dicēs · tu es xp̄s filius dei viui · dn̄s ait · Beat9 es symō bariona · quia caro et sanguis ñ reuelauit tibi · ß pa- ter meus qui in celis ē · Et ego dico tibi · qz tu es petrus · et su per hāc petram edificabo eccle siam meā : et porte īferi nō pre ualebūt aduersus eam Et tibi dabo claues regni celorum Et qđcūq3 ligaueris sup terrā : erit ligatū et in celis Et quodcūq3 solueris sup terrā erit solutū et ī celis · Manet ergo dispositō veritatis · et beatus petr9 ī ac- cepta fortitudine pseuerās sus- cepta ecclesie gubernacula non reliquit Sic eīn pre ceteris or- dinatus · vt dū petra dicit dū fundamentū noiat · dū regni celorū ianitor cōstituit · dū li- gādorum soluēdorūq3 arbiter mānsura etiam in cel' iudiciorū

definitione preficit · q̄lis ipsi cum xp̄o esset societas · per ip sa appellationum eius misteria nosceremus · Qui nūc plenius et potenti9 ea que sibi commis sa sūt pagit · et omnes partes offitiorum atq3 curarū ī ipso et cum ipso · p quem est glorifi catus exequitur · Si quid itaq3 a nobis recte agitur · recteq3 di scernitur : si quid a misericordi a dei cotidianis supplicationi- bus obtinetur · illius est ope' rum atq3 meritorum · cuius in sede sua viuit potestas · excel- lit auctoritas Hoc enim obti- nuit dilectissimi illa confessio : que a deo pr̄e aplico inspirata cordi · omnia humanarum opinionum incerta transcen- dit · et firmitatem petre q̄ null' impulsionibus quateretur ac cepit · In vniuersa namq3 ec- clesia tu es xpristus filius dei viui cotidie petrus dicit : et omnis lingua que dominum confitetur magisterio huiꝰ vo cis imbuitur · Hec fides diabo lum vincit · et captiuorum e- ius vincula dissoluit · Hec eru' tos mundo : inserit celo : et por te inferi preualere aduersus e am non possunt Tanta enim diuinitus soliditate munita ē vt eam nec heretica numquā prorumpere prauitas nec pa gana potuerit superare perfi dia · Hiis igitur modis vos

dilectissimi racõnabili obseqo
celebrat hodierna festiuitas:
vt ī psona humilitatis mee il-
le intelligatur. ille honoretur.
in quo ꝛ omniū pastoꝝ sollici
tudo. cū commēdataꝝ sibi oui
um custodia pseuerat. et cuiꝰ
etiam dignitas in indigno he
rede nō deficit. Vñ venerabiliū
quoqꝫ fratrū et cōsacerdotum
meorū desiderata michi ꝛ ho-
norāda presentia. hinc sacra-
tior est atqꝫ deuotior. si pietatē
huius officij in quo adesse di-
gnati sunt. ei principaliter re
ferunt. quem non solum huiꝰ
sedis presulē. sed ꝛ omniū epi
scoporū nouerūt esse primatē
Cū ergo cohortaciones nr̄as
auribꝫ vestre sanctitatis adhi
bemꝰ. ipsum vobis cuius vice
fungimur. loqui credite. quia
ꝛ illiꝰ affectu monemus. et nō
aliud vobꝭ ꝙ quod docuit pre
dicamꝰ. obsecrātes vt succin-
cti lūbos mētis vestre. castam
ꝛ sobriam vitam in dei timore
ducatis: nec cōcupiscēcijs car-
nis mens principatus sui obli
ta cōsentiat. Breuia et caduca
sūt terrenaꝝ gaudia volupta-
tum: q̄ ad eternitatē vocatos.
a semitis vite conātur auerte-
re. Fidelis ergo et religiosus
animꝰ ea que sūt celestia cōcu
piscat. ꝛ diuinarū pmissionū
auidus. in amorē se incorrup
tibiꝭ boni. et ī spem vere lucis
attollat. Certi autē estote dile
ctissimi ꝙ labor vester quo vi-
cijs rn̄stitis. ꝛ carnalibꝫ deside
rijs repugnatis. placēs in cō
spectu dei est atqꝫ p̄ciosus. nec
solū vobis sed etiā michi apud
dei misericordiā pfuturꝰ. quia
de profectu gregis gloriatur
cura pastoris. Corona ei mea
sicut apostolus ait. ꝛ gaudiū
vos estis. si fides vestra que ab
inicio euāgelij in vniuso mun
do p̄dicata est. in dilectione ꝛ
sanctitate pmanserit. Nam li-
cet omnē ecclesiā que ī toto or
be est terrarū. cunctis oporteat
florere virtutibus. vos tn̄ pre
cipue int̄ ceteros populos de
cet meritis pietatis excellē. q̄s
in ipsa aplice petre arce fūda-
tos. ꝛ dominus noster ihesus
cristus cum omnibꝫ quos ide
mit ꝛ beatus apostolꝰ petrus
pre omnibꝫ erudiuit. p cristū
dominū nostrum:

De eodē sermo tercius.

Gaudeo dilcāssimi de re
ligioso vestre deuotio-
nis affectu. et deo gra
tias ago ꝙ in vobis pietatem
cristiane vnitatis agnosco Si
cut enī ipsa frequētia vestra te
statur intelligitis diei huiꝰ re
cursum ad leticiā ptinē cōmu-
nem. et honorem celebrari to
cius gregis p annua festa pa
storis Nam licet vniuersa ec-
clesia dei. distinctis ordinata sit

gradibꝰ·vt ex diuersis mem-
bris sacrati corpis subsistat in
tegritas: nos tamen omnes si
cut ait aplūs in xpristo ihesu
vnum sumus: Nec quisq̄ ab
alterius ita est diuisus offitio
vt nō ad cōnexionem pertine-
at capitis · cuiuslibet humili-
tas portionis In vnitate igit
fidei atq; baptismatis·īdiscre-
ta nobis societas dilectissimi et
generalis ē dignitas · sm̄ illō
beatissimi petri apli sacratissi-
ma voce dicentis: et ipsi tamq̄
lapides viui superedificamini
ī domos spiritales· sacerdotiū
sanctum· offerentes spiritales
hostias acceptabiles d'o p ihe
sum xpristum· et infra· vos āt
genus electum· regale sacerdo
tium· gens sancta· populꝰ ac-
quisitionis Omnes eni ī xpri-
sto regeneratos crucis signum
efficit reges: sancti spiritus ve-
ra vnctio consecrat sacerdotes
vt preter istam spetialem nos
tri ministerij seruitutem· vniu
si speciales et rationales xpris
ti agnoscant se regij generis ·
et sacerdotalis officij esse con
sortes Quid enim tam regiū ·
q̄ subditum deo animum sui
corporis esse rectorem: Et q̄d
tam sacerdotale· q̄ vouere doi
no conscientiam puram: et im
maculatas pietatis hostias de
altari cordis offerre: Quod cū
omnibus per dei gratiam cō-
mune sit factum · religiosum
vobis atq; laudabile est et de
die prouectionis nostre· quasi
de propo honore gaudere · vt
vnum celebretur in toto eccle
sie corpore pontificij sacramē-
tum· quod effuso benedictiōis
vngento· copiosius quidem in
superiori profluxit s; nō par-
ce etiam in inferiora descēdit ·
Cum itaq; dilcīssimi de cōsor-
tio istius muneris magna no
bis materia sit communium
gaudiorum: verior tamen nob
et excellentior erit causa letādi
si non in nostre humilitatis
consideratione remoremur· cū
multo vtilius: multoq; sit dig
nius · ad beatissimi petri apo
stoli gloriam cōtemplandam
aciē mētis attollere et hūc diē
i illiꝰ potissim̄ veneratiōe celebra
re: q̄ ab ipso oim carismatū fō
te tā copiosis ē irrigatꝰ vt iūda
tus· vt cū multa solꝰ acceperit ·
nichil ī quēq̄ sine ipsiꝰ pticipa
tiōe trāsierit Verbū eī caro fac
tū fuerat· et hitabat iā ī nobis: et
reparādo humano gn̄i totū se xp̄c
īpēderat· Nichil īdispositū sa
pie: nichil erat arduū ptāti· fa
mulabāt elementa· ministrabāt
spūs· āgeli seruiebāt: nec vllo
modo poterat inefficax esse sa
cramentum· quod simul ipsi-
us deitatis vnitas operabatur
et trinitas · Et tamen de toto
mundo vnus petrus eligitur·

qui et vniuersarū gentiū voca-
cioni et omnibꝰ apl'is cūctisq̄
ecclesie patribus preponatur·
vt quāuis in populo dei multi
sacerdotes sint· multiq̄ pasto
res oēs tñ ꝓprie r̄gat petrus
quos pricipaliter regit ⁊ xp̄s
Magnū et mirabile dilc̄issimi
huic viro cōsorcium potencie
sue tribuit diuīa dignacio· Et
si quid nī eo cōe ceteris voluit
esse patribus· nūquam nisi ꝑ
ipsum dedit· quicq̄d alijs non
negauit· Omnes deiq̄ apl'os
dñs quid de se homines opinē
tur interrogat· ⁊ tā diu sermo
respōdentiū cōis est q̄diu hūa
ne intelligētie ābiguitas expli
cat At vbi· quid habeat disci
puloꝝ sensus exigitur· prim⁹
est i domini ɔfessiōe· q̄ prim⁹
est in apl'ica dignitate Qui nī
dixisset· tu es xp̄s filius di viui
Respondit ei ihesus· Beatus
es simon bariona quia caro et
sanguis nō reuelauit tibi· sed
pater meus qui in celis est Id
est· ideo beatus es· quia pater
me⁹ te docuit: nec terreā opio
te fefellit· sed inspiracō celestis
īstruxit· Et nō caro et sanguis
sed ille me tibi cuius sum vni-
genitus filius īdicauit Et ego
dico tibi· hoc ē· sicut tibi pater
meus manifestauit diuītatem
meā· ita et ego notā tibi facio
excellenciam tuam· quia tu es
petrus· idest· nī ego sum inuio

labilis petra· ego lapis angu
laris· q̄ facio vtraq̄ vnū· ego
fundamentū· preter quod nēo
p̄t aliud ponē: tamē tu quoq̄
petra es quia mea virtute soli
daris: vt que michi p̄tāte sūt
propria· sint tibi mecum par-
ticipacōne cōia Et super hanc
petrā edificabo ecclesiam meā
et porte inferi non p̄ualebunt
aduersus eā· Sup hanc inq̄t
fortitudinem eternum extruā
templū· et ecclesie mee celo in-
serenda sublimitas in huius fi
dei caritate consurget hanc cō
fessionem porte inferi non te-
nebūt. mortis vincula non li-
gabunt· Vox enim ista. vox vi
te est Et sicut confessores suos
in celestia ꝓuehit: ita negato
res ad īferna demerget· Prop
terq̄d dicitur beatissimo petro
Tibi dabo claues regni celoꝝ
et quecunq̄ ligaueris sup ter
ram: erunt ligata et in celis et
quecunq̄ solueris super terrā
erunt soluta et in celis· Tran
siuit quidem etiā in aplos vis
potestatis istius: et ad omnes
ecclesie principes· decreti hui⁹
constitucō cōmeauit· Sed non
forte sine causa vni ɔmēdauit
quod omnibꝰ intimet: Petro
enī hoc ideo singulariter credi
tur· quia cunctis ecclesie recto
ribꝰ· petri forma ꝑponit Ma
net ergo petri priuilegiū vbicū
q̄ ex ipsius fert eq̄tate iudiciū

nec minia ẽ vl' seueritas vl' re-
missio vbi nichil erit ligatum
nichil solutũ nisi q̃d btũs pe-
trus aut soluerit aut ligaueit
Instante aũt passione sua doi
nus que discipulorum erát tur
batura cõstãtiam· simõ inquit
simõ· ecce sathanas expostula
uit vos vt cribraret sicut triti-
cum· ego aũt rogaui pro te vt
nõ deficiat fides tua· Et tu ali-
qñ conuersus· cõfirma fratres
tuos: vt nõ itretis in temptati
onem· Cõe erat omnibus apo
stolis piculum de temptatione
formidinis: et diuine ꝓtectio
nis auxilio pariter indigebant·
qm̃ diabolus omẽs exagitare
oĩs cupiebat elidere· et tamẽ
specialr a domino petri cura su
scipitur· et pro fide petri ꝓprie
supplicatur tãq̃ aliorum stat⁹
certior sit futurus· si mens pri
cipis victa nõ fuerit In petro
ergo omniũ fortitudo munit·
et diuine gratie ita ordinat aux
iliũ· vt firmitas q̃ per xp̄m pe
tro tribuit: per petrum apos-
tolis cõferatur Cũ itaq3 dilcĩs
simi tãtum nobis videam⁹ p̄si
diũ diuinitus istitutum· ratio-
nabiliter et iuste in ducis nos-
tri meritis et dignitate letam²
gratias agẽtes sempiterno re
gi redemptori nostro dño ihe
su xp̄o: qui tãtam potentiã de
dit ei· quem totius ecclẽe prin
cipem fecit: vt si quid etiã nr̃is

tpibus rite p nos agit recteq3
disponit· illi⁹ opibus· illi⁹ sit
gubernaculis deputãdum· cui
dictum ẽ: et tu cõuersus confir
ma fratres tuos: et cui pt⁹ re
surrectionem suam dñs ad tri
nam eterni amoris ꝓfessionẽ
mistica insinuatione ter dixit·
pasce oues meas· quod nunc
procul dubio facit· et mãdatum
domini pius pastor exequitur
cõfirmans cohortationib⁹ suis
et pro nobis orare nõ cessans
vt nulla temptatione supem²
Si aũt hãc pietatis sue curam
oĩ populo dei sicut credendum
ẽ vbiq3 p̄tendit· q̃to mag no
bis alũpnis suis opẽ suã dig
natur ĩpẽdere· apd' q̃s ĩ sacro
beate dormitiõis thoro· eadẽ
q̃ p̄sedit carne requescit Illi g°
hũc seruitutis nostre natalicũ
diem· illi ascribam⁹ hoc festũ:
cuius patrocinio sedis ipsius
meruimus esse cõsortes· auxi
liante nobis per omnia gra-
tia domini nostri ihũ cristi qui
viuit et regnat ⁊c:
De collectis sermo p̄m⁹·

[M]ultis diuinarum scrip
turaꝝ testimonijs edo
cemur· quãtum elemo
sinarum meritum· et quãta sit
virtus Certũ est enim vnũquẽ
q3 nostrũ aĩe sue benefacere· q̃
ciẽs misericordia sua ĩopie suc
currit aliene· Prõpta g° dilcĩ
et facil' apd' nos eẽ largitas d3

Si credimus id sibi vnūquēq;
prestare quod indigētibus tri
buit · Thesaurū eni condit in
celo · qui xp̄m pascit in paupe
Benignitatem itaq; in hoc et
dispensacōnem diuine pietatis
agnosce Jdcirco eni te habun
dare voluit vt per te alius nō
egeret . et per ministeriū opis
tui · pauperem ab egestatis la
bore · te a peccatoꝝ multitudie
liberaret O mira prouidentia
et boitas creatoris vt vno fcō
duobus vellet esse succursum ·
Ventura igitur dnīca dies col-
lectarū futurus est : Hortor et
moneo sanctitatē vestram · vt
singuli quiq; et pauperū mei-
neritis et vestri · et pro possibili
tate viriū vestraꝝ intelligatis
in egentibꝫ xp̄m qui tm̄ nobis
pauperes cōmendauit vt se in
ipsis vestiri suscipi testaret et
pasci · cristus dominus noster ·

De eodem sermo secundus ·

Notum vobis dilectissi
mi et familiare mãda
tum pastorali p̄dicac
hortatu · in opere misericordie
studeatis esse deuoti Qd' etiā si
nūq̄ a vestra sanctitate negli-
gitur nūc tamen ꝓmpcius est
et impensius exequendū quia
p̄imus collectaꝝ dies saluberri
me a sanctis patribꝫ institutꝰ
hoc exigit vt vnusquisq; ꝓut
votiuū atq; possibile ē · in vsus
atq; alimoniam pauperum de
vestris facultatibus conferatis
Scientes p̄ter illud regenera-
tionis lauacrum · in quo vniu
sorū ablute sunt macule pecca
torum · hoc remediū īfirmitati
hūane diuinitus esse donatū ·
vt si quid culparū in hac ter-
rena habitacōne ꝯtrahitur · et
elemosinis deleatur Elemosine
eni opa caritatis sunt · et sciml'
quia caritas opit multitudinē
peccatoꝝ Proinde dilectissimi
in secundam feriā spontaneas
collectiones vestras sollicite p̄
parate vt q̄cquid vobis de tē'
palibus substancijs dempseri
tis id multiplicatum in eterna
retributione sumatis ·

De eodem sermo tercius ·

Cristiane pietatis est
dilcīssimi vt que apo-
stolicis sunt tradicōni
bus instituta · per durāti de-
uotione seruentur Nam illi be
atissimi discipuli veritatis hoc
diuinitus īspirata cōmendaue
re doctrina : vt quociens ceci-
tas paganorum sup̄ institucō
nibus suis esset intentior · tūc
precipue populꝰ dei orationi
bus et opibus pietatis īstaret
Quoniam īmundi spūs quan
tum gentilium errore letantur
tamē vere religiois obseruātia
vruntur · et augusta iustitie vrūt
ipietatis auctorē · Cuiꝰ impia
et prophana commenta · ne sa
cratis dō vero cordibꝫ aliquid

polluc̄ois inferrent · beat⁹ ma
gister gentium p̄cauebat · cū
voce apostolica diceret Nolite
iugum cū infidelibus ducere ·
que enī pticipatio iustitie cum i
iquitate · aut q̄ societas luci ad
tenebras: et deinde vocem pro
phetica spūs adderet dicēs · Ex
ite exite · et immundū ne tetige
ritis · Vn̄ qm̄ ad destruēdas īsti
qui hostis insidias in die q̄ im
pij sub ydolorum suorum noīe
diabolo seruiebāt prouidentis
sime in sancta ecc̄ia prima est
instituta collectio · Volum⁹ di
lectionem vestram tertia feria
per omnes regionum vr̄arum
ecclesias cū volūtarijs elemosi
narum oblationib⁹ conuenire
In quo ope etiam si nō est om
nium equalis facultas · debet
esse par pietas · qm̄ fidelium lar
gitas nō de muneris pensatur
pondere s; de beniuolētie quan
titate habeant g° in hoc mīe
commertio etiam pauperes lu
crum · et ad sustentationē egen
tium de quātacunq; substātia
aliquid quod eos nō cōtristet
excerpant · Sit diues munere
copiosior · dum par aīo non sit
inferior Quāuis enī maior spe
retur redditus de maiore semē
te · pīt tamē etiam de exigua sa
tiatione multus fructus pueni
re iustitie · Justus ē eī iudex nr̄
et verax: qui neminē fraudat
mercede meritorum · et iō nos

curam pauperum vult habe
re: vt in future retributionis
examine · misericordibus quā
pmisit misericordiam largiat
xpūs dn̄s noster
De eodem sermo quart⁹

Misericordia dilc̄issimi
et iustitia dei formā re
tribuc̄onum suarum a
mundi constitutione dispositā
per doctrinam dn̄i nostri ihesu
xp̄i benignissima nobis expo
sitione reserauit · vt acceptis re
rum significationibus que fu
tura credim⁹ iam quasi gesta
nosseni⁹ · Sciebat enim redēp
tor noster atq; saluator · quan
tos fallacia diaboli per totum
mundum sparsisset errores · et
q̄ multis superstitionib⁹ maxi
mam sibi partem humani ge
neris subdidisset Sed ne vltr̄
per ignorantiam veritatis cre
atura ad ymaginem dei condi
ta · in p̄cipitia perenne mortis a
geretur · euangelicis paginis
iudicij sui inseruit qualitatem
que omnem hominem a calli
dissimi hostis reuocaret insidi
is cū iā nlli eēt incognitū q̄ bōis
sperāda p̄mia · et q̄ mal' eēnt ī
ferenda supplicia · Inceptor nāq;
ille · auctorq; peccati · primum
superbus vt caderet · deinde in
uidus vt noceret · quia in veri
tate non stetit · totam vim suā
ī mēdacio collocauit Oiaq; de
cepc̄onū gn̄a de h venenatissiō

artis sue fōte produxit · vt ab
illo bono qđ ipse propria cla-
tione pdiderat · spem humane
deuocōnis excluderet · eosq3 in
consortium dampnacōnis sue
traberet · ad quoꝝ ip̄e reconsi
liationē ptinere nō posš Quic
quid igit̄ hominū quibuslibet
ipietatibꝫ deū lesit · huius frau
de traductū · huiꝰ est nequicia
deprauatū · facile enī in omīa
vicia impulit q̄s in religiōe de
cepit Sciens autē deum nō so
lum verbis sed etiam factis ne
gari · multis quibꝫ auferre nō
potuit fidem sustulit caritatē:
et agro cordis ipsoꝝ auaricie
radicibus occupato · spoliauit
fructu opm · quos nō p̄uauit
cōfessione laborum · Propter
has ergo dilectissimi versucias
hostis antiqui scire nos voluit
ineffabilis benignitas cristi q̄
in die retribucōis de vniuersi
tate esset hoīm decernendum ·
vt dum in hoc tēpe legittimo
rum remediorum medicīa p̄-
betur · dum elisis repatio non
negatur · et qui diu fuerunt ste
riles pššt tandem esse fecundi ·
preueniatur disposita censura
iustitie · a nūq̄ a cordis oculis
diuine discretionis ymago dis
cedat Veniet enī in maiestatis
sue gloria dominus · sicut ipse
predixit · aderitq3 cū eo radiās
in splendoribus suis inumera
bilis angelicarum multitudo
legionū · congregabunt̄ ante
thronū potentie eius omnū
gentium populi · et quicq̄d ho
minū vniuersis seculis toto ter
rarū orbe ꝓgenitum est: in cō
spectu iudicantis astabit · sepa
bunt̄ ab iniustis iusti · a nocē
tibus innocentes Et cū prepa
ratū sibi regnum recēsitis mie
operibus filij pietatis accepe-
rint · exprobrabit̄ duricia ste-
rilitatis iniustis · a nichil hn̄tes
sinistri cōmune cū dextris · ī ig
nem ad diaboli et angelorum
eius tormenta dispositū · oīpo
tentis iudicis dāpnatione mit
tent̄ · cū illo habituri pene con
munionē · cuius elegerūt̄ face
re voluntatem · Quis igit̄ istā
sortem eternorū cruciatuū nō
pauescat · Quis mala nunq̄ fi
nienda nō timebit · Sz cū ideo
denūciata sit seueritas vt mīa
quereret̄ in diebus p̄ntibꝫ · cū
misericordie ē largitate viuen
dū · vt hoī post piculosam ne-
gligentiā ad pietatis opa reuer
tendi · possibile sit ab hac sen-
tēcia liberai · Hoc agit potēcia
iudicis · hoc grā saluatoris vt
relinquat impius vias suas ·
et ab iniquitatis sue cōsuetudi
ne peccator abscedat Misereā
tur paupm · q̄ sibi voluīt pcere
xp̄m · Faciles sint in alimenta
miserorū · qui cupiūt ad socie-
tatē ptinē felicū · Nō sit vilis
homī hō · nec in q̄q̄ despiciat̄

illa natura : quam rerum con
ditor suam fecit · Cui laboran
tium licet negare quod xp̄c si
bi profitetur impendi? Juuat
conseruus : et gratiā refert do̅i
nus · Cibus egeni regni celes-
tis est pretium : et largitor tē'
poralium heres efficitur eter'
norum · Unde autem exigua is
ta impendia tāta estimari taxa
tione meruerunt · nisi quia pō
dera operum caritatis lance pē
santur : et cum amatur ab ho̅i
ne quod deus diligit · merito ī
eius ascenditur regnum in cu-
ius transitur affectum? Ad ho
rum ergo operum dilectissimi
piam curam dies nos apostoli
ce institutionis inuitat · in quo
sanctarum collectionū prima
collectio est prudenter a patri
bus et vtiliter ordinata · vt qr
in hoc tempore gentilis quon
dam populus superstitiosius
demonibus seruiebat · contra ꝓ
phanas hostias impiorum · sa
cratissima a nobis elemosina
rum celebraretur oblatio Qd
quia incrementis ecclesie fruc
tuosissimum fuit · placuit esse
perpetuum Unde hortamur sā
ctitatem vestram vt per eccle
sias regionum vestrarum quar
ta feria de facultatibus vestris
quantum suadet possibilitas ꝛ
voluntas · expensas miserico
die conferatis vt possitis illam
beatitudinem promereri · in q̄

sine fine gaudebit · q̄ intelligit
sup egenū et paupē · Ad quē ī
telligēdū dilcissimi sollicita be
nignitate vigilandum est · vt
quem modestia tegit et verecū
dia prepedit iuenire possim?
Sunt enim qui palā poscere ea
quibus indigent erubescūt · et
malūt miseria tacite egestatis
affligi q̄ꝫ publica petiōe ꝯfun
di Jntelligēdi g° isti sūt · et ab
occulta necītate releuādi · vt h̄
ipo āpli? gaudeāt · cū et paup
tati eoꝝ ꝯsultū fuerit ꝛ pudori
Recte g° i egeno ꝛ paupe ipsi
us ihū xp̄i dn̄i nr̄i psoā sentit
q̄ cū eēt diues · sicut ait btūs a
plūs · paup fcūs ē · vt nos sua
pauptate ditaret Et ne deesse
nob̄ sui p̄ntia videret ita humili
tatis ꝛ glē misteriū tēpauit vt
quē regē ꝛ dn̄z ī maiestate pa
tris adorā? · eūdē ī suis paupi
bus pascēm? · liberādi ob h̄ in
die mala a dāpnaōe ꝑpetua ·
ꝛ ꝓ itellcā paupis cura · regni
celestis cōsortijs iserēdi Ut āt ī
oībꝫ dilectissimi placeat vr̄a de
uoco dn̄o · etiā ad hāc vos hor
tam² īdustriā · vt maīcheos v
biciqꝫ latētes vr̄is pbr̄is pub
licetis Magna ē pietas prode
re latebras impiorum · et ipsū
in eis cui seruiunt diabolū de-
bellare Contra istos eni̅ dilec
tissimi oēm q̄dē orbē terrarū ꝛ to
tā vbiqꝫ ecclām decꝫ fidei arma
arripē · h̄ vr̄a ī hoc ope deuoco

debet excellere qui in ꝓgenito
rib9 vestris euangelium crucis
xp̄i ab ipso beatissimorū apo-
stoloꝝ petri et pauli ore didi-
cistis. Nō sinant latere hoīes
qui legē per moysen datam in
qua de9 cōditor vniuersitatis
ostenditur. recipiendā esse nō
credunt: ꝓphetis et sancto spi
ritui ɔtradicunt: psalmos da
uiticos qui p vniuersam eccle-
siam cū omni pietate cātant:
dāpnabili īpietate ausi sūt re-
futare. xp̄i dn̄i natiuitatē sc̄dꝫ
carnē negant. passionē et r̄sur
rectionem eius simulatā dicūt
fuisse non veram. baptismū re
generationis totius gratie vir
tute dispoliāt. Nichil ē apud
eos sanctum. nichil integrum
nichil verum Cauendi sunt ne
cuiq̄ noceant: ꝓdendi sunt ne
in aliqua ciuitatis nostre pte
consistāt. vobis dilectissimi an̄
tribunal dn̄i proderit. qd̄ īdica
mus. quod rogamus. Dignū
est enī vt elemosinarum sacri-
ficio huius opis palma iūga'
tur. auxiliante nobis per oīa
domino nostro ihesu christo.:

De eodem sermo quintus

Apostolice tradicōis di
lectissimi instituta ser-
uantes. pastorali solli
citudine cohortamur vt diem
quē illi ab impiorū supsticōne
purgatum mie opib9 cōsecra-
runt. deuotione religiose con'
suetudinis celebremus. ostēden
tes apud nos auctoritatē pa-
trū viuere. eorūq̄ doctrinam in
nostra obia pmanere Quā scā
tante cōstitutionis vtilitas nō
preterito tantū tempori. s̄ etiā
nostre prospexit etati. vt qd̄ il
lis ad destructionem ꝓfuit va
nitatū. hoc nobis ꝓficeret ad
incrementa virtutū. Quid aūt
tam aptū fidei. quid tā cōueni'
ens pietati. q̄ egentiū iuuare
paupertatē. īfirmoꝝ curam susci
pere. fraternis necessitatibus
subuenire. et condicōis ppⁱe
in aliorum laborememinisse.
In quo ope quātū quis possit
solus veraciter ille discernit. q̄
nouit quid quibusq̄ cōtulerit.
Nō solum enī spūales opes
⁊ dona celestia deo donante ca
piūtur sed ⁊ terrene ⁊ corporee
facultates ex ipsius largitate
ꝓueniūt vt merito rationē ea
rum queritur9 sit. que nō ma
gis possidēda tradidit q̄ dis-
pensanda cōmisit. Muneribus
igitur dei iuste et sapiēter vtē
dum est ne materia opis boni
fiat causa peccati. Nā diuicie
qd̄ ad ipas spēs earū atq̄ sub
stancias pertinet bone sunt: et
hūane societati plurimū ꝓsūt
cum a beniuolis habent ⁊ lar
gis: nec illas ā luxuriosus ꝓ-
dit. aut auarus abscondit. vt
tam pereāt male condite q̄ in
sipienter expense: Quāuis enī

laudabile sit intemperantiam
fugere · et turpiũ voluptatum
dãpna vitare · multiq̃ȝ magni
fiet voluptates suas dedigneñ
tur occulere et in copia affluẽ
tes vilem atq̃ȝ sordentẽ horre-
ant parcitatẽ non est tamẽ ta-
liũ aut felix habũdantia · aut
blãda frugalitas · si ipsis tãtũ
prope opes seruiunt · si eorum
bõis nulli iuuãt pauperes nul-
li fouẽtur infirmi si de magnar
habũdãtia facultatum nõ cap
tiuus redẽptionem non pegri
nus solaciũ nõ exul sentit auxi
liũ · Huiusmodi diuites egen-
tiores omnibus sunt egens ·
pdunt enim illos redditus q̃s
possũt habere perpetuos ·
et dum breui nec semp libero
meubant vsu · nullo iusticie ci
bo nulla misericordie suauita-
te pascuntur · foris splendidi i
tus obscuri · habũdãtes tem-
poralium : inopes eternorum ·
quia ipsi aĩmas suas fame af
ficiũt · et nuditate dehonestãt ·
qui de hijs que terrenis horre-
is cõmendarũt · nichil thesau-
ris celestibus intulerũt · Sed
forte sũt aliqui diuitum · qui li
cet nullis largitionibus pau-
peres ecc̃e soleãt adiuuare ·
alia tamen dei mãdata custo-
diãt · et inter diuersa fidei ⁊ p
bitatis merita venabiliter sibi
estimãt vnam deesse virtutem
Verum · hec tãta ẽ · vt sine illa
cetere etiam si sint prodesse nõ
possunt · Quãuis enĩ quis fidel
sit ⁊ cast⁹ ⁊ sobri⁹ · ⁊ alijs ma
ioribus õrn⁹ ĩsignibꝫ si mĩcors
tñ ñ ẽ : mĩaȝ ñ meẽ Ait eĩ dñs
btĩ mĩcordes qñ ipoȝ misẽbit
de⁹ Cũ ãt venerit fili⁹ hoĩs in
maiestate sua ⁊ sederit ĩ throno
glẽ sue ⁊ ꝯgregatis oĩbꝫ gẽtibꝫ
bonorum et malorũ fuerit fa-
cta discretio : in quo laudabũt
qui ad dexteram stabũt · nisi ĩ
operibus beniuolentie et cari-
tatis officijs · que ihesus xp̃us
sibi impensa reputabit · quoni
am qui naturam hominis suã
fecit ĩ nullo se ab hũana humi
tate discreuit Sinistris vero q̃d
obicietur nisi neglectus dilec-
tiõis · duritia ĩhũanitatis · ⁊ pau
peribꝫ mĩa denegata · q̃si nec ali
as v̾tutes dex̾ nec alias offẽsi
ões habeãt sinistri · ꝗ illo mag
no sũmoq̃ȝ iudicio · tãti existia-
bit l' largitatis benignitas l' teñ
citatis ĩpietas · vt p plenitudie
oĩm v̾tutũ · ⁊ p sũma oĩm cõ-
missoȝ · et p vnũ bonũ isti itro
ducãt ĩ regnũ · ⁊ p vnũ malũ
illi ĩ ignẽ mittãt etnũ Neõ v̾
dilc̃issimi de vit' sibi bone vite
meritis blãdiat · si illi defuerint
opa caritatis · nec de sui corpis
q̃litate secur⁹ sit q̃ nulla purifica
cõe mũdat · eleõsine enĩ pctã de
lẽt · mortem perimunt · et pe-
nã ppetui ignis extingunt ·
Sed qui ab earũ fructu fuerit

vacuus·erit ab indulgētia re-
tribuentis alien?·dicente salo
mone q̄ obturat aures ne au-
diat imbecilles et ip̄e iuocabit
dn̄m et non erit qui exaudiat
eum·vnde et thobias filiū su-
um p̄ceptis pietatis instituēs·
ex substancia īquit tua fac ele-
mosinam·et noli auertere fa-
ciem tuam ab vllo paupe·Ita
fiet·vt nec a te auertat̄ facies
dei Hec v̄tus omnes facit vti-
les esse virtutes·que ipsā quo
q₃ fidē ex qua iustus viuit q̄ q̄
sine opibus mortua noiat̄ sui
cōmixtione viuificat Quia si
cut in fide est opm racio·ita in
opibus fidei fortitudo·Dū er-
go tēpus habe? sicut ait apo-
stolus operemur quod bonū est
ad omnes·maxie ad domesti-
cos fidei·bonum aūt facietes
nō deficiamus·tpe eñ suo me
temus:p̄ns itaq₃ vita tp? est
sationis·et retribucionis tēp?
est messis·qū vnusquisq₃ semi
num fructū s̄m sationis sue p-
cipiet quantitatē De prouētu
aūt istius segetis nemo fallet̄
quia aīorum ibi magis q̄ ipē
diorum mensura trabit̄:et tā
tum r̄ddent exigua de exiguis
q̄tū magna de magnis·et iō
dilectissimi satisfiat apostoli in
stitutis Et quia die illo est p̄-
ma futura collectio·ōnes vos
deuocōni volūtarie preparate
et vnusquisq₃ s̄m suffitiēciam

suā habeat in sacratissima ob
lacione cōsortiū·exorabūt pro
vobis et ip̄e elemosine·et qui
vestris muneribꝫ iuuabunt̄ vt
ad omne op? bonū ydonei sp
esse possitis In xp̄o ih̄ū domi-
no nostro qui viuit et regnat
per infinita secula seculoꝝ·

Sermo prim? de ieiunio·xi

Fideliter dilec- mē-
tissimi atq₃ sapienter
creatoris nostri ītelli-
gamus exordium·inuenem?
hominē ideo ad ymaginē dei
conditum vt imitator sui esset
auctoris·q hanc esse naturalē
nr̄i generis dignitatē·si in nos
bis quasi in q̄dam speculo be-
nignitatis for̄ r̄splēdeat·ad quā
cotidie nos vtiq₃ r̄pat gratia
saluatoris·dum quod cecidit
in adā p̄mo·erigitur in scd̄o
Causa aūt repacionis nr̄e nō
est nisi mia dei quē non dilige
remus nisi nos prior ip̄e dili-
geret·et tenebras ignorancie
nostre veritatis sue luce discu-
teret·quod per sanctū ysaiam
dn̄s prenuncians ait Adducā
cecos in viam quā ignorabāt
et semitas quas nesciebāt faci
am illos calcare·faciā illis te-
nebras in lucē·et praua in di
recta Hec v̄ba faciam illis et
nō relinquā eos·q iterū inuen
tus sum inquit nō querentibꝫ
me·q palā apparui hijs q̄ me
nō interrogabant Quod quo

impletum fit· iohēs apostolus
docet dicens Scimus qm̄ filius
dei venit et dedit nobis sensum
vt cognoscamus verū· et simus
in vero filio eius Et iterū: nos
ergo diligamus deū: quomā
ipse prior dilexit nos Diligē
do itaq; nos deus ad imaginē
suā reparat: et vt in nob forma
mā sue bonitatis inueniat: dat
vnde ipsi quoq; qd operatur ope
remur· accēdēs scz mētiū nrarum
lucernas et igne nos caritatis
sue iflammās vt nō solum ip
sum sed etiā quicq̄d diligit di'
ligamus Nam si inter homines
ea demū firma amicitia ē· quā
morum similitudo sociarit· cū
tamen parilitas volūtatum se
pe in reprobos tendat affectus
quātum nobis optādum atq;
intendum est· vt nullo ab hijs
que deo sunt placita discrepe-
mus· De q̄ dicit ꝓpheta Qm̄
ira in indignatione eius et vi
ta in volūtate eius· qz nō aliter
in nobis erit dignitas diuine
maiestatis· nisi imitatio fuerit
volūtatis· Dicente itaq; domi
no· diliges dominum deū tuū
ex toto corde tuo et ex tota ani
ma tua· et diliges ꝓximū tuū
sicut teipsum· suscipiat fidelis
anima auctoris sui atq; recto'
ris imarcessibilem caritatē to'
tamq; se eius subiciat volūtati
in cuius operibus atq; iudicijs
nichil vacat a veritate iustitie
nichil a miseratione clementie
quoniam etsi magnis quis la
boribus· et multis fatigetur in-
commodis· bona est illi causa
tolerandi· qui se aduersis vel
corrigi intelligit vel probari·
Caritatis vero istius pietas p
fecta esse nō poterit· nisi diliga
tur eius proximus· quo nomi
ne nō hij tantum intelligendi
sunt qui nob amicitia aut pro
pinquitate iunguntur· sed om
nes prorsus homines cum qui
bus nobis natura communis
est· siue illi hostes sint siue so'
cij· siue liberi siue serui· Unus
enim nos conditor finxit vnus
creator animauit· eodem cunc
ti celo et aere· hijsdem vtimur
diebus ac noctibus Cumq; a
lij sint boni alij mali· alij iusti
alij iniusti· deus tamen omni-
bus largitor· omnibus est be
nignus· sicut licaonijs a pau-
lo et barnaba apostol' dicitur
de prouidentia dei· qui in pre-
teritis generationibus dimisit
omnes gentes ingredi vias
suas· et quidem non sine testi-
monio semetipsum reliquit·
bñfaciēs eis de celo dās pluui
ā et tpa fructifera· implēs cibo
et leticia corda nostra· Dedit
autem nob maiores diligendi
proximi causas grē xpiane la
titudo q̄ se p oēs ptes totius orb
extēdēs neinem hominem des-
peāt· dū doc; neinē neglig ēdū

Et merito etiã inimicos diligi et pro persecutoribus sibi precipit supplicari· qui ex omnibꝫ cotidie gentibus fractis oliue sue ramis germen inserens oleastri· de inimicis reconsiliatos de alienis adoptiuos· d' impijs facit iustos· vt õne genu flectatur celestiũ terrestrium ꝛ infernorum· et õnis ligua confiteatur· quia dñs ihesus xp̄us in gloria est dei patris Cũ ergo deus bonos nos esse velit· quia bonꝰ est· nichil nobis debet de eius iudicijs displicere· Nam nõ per õnia illi gratias agere· quid ẽ aliud· q̃ ex q̃dã parte eum reprehendere· Audet enĩ plerũqꝫ humana insipientia aduersus creatorem suũ non solum de inopia· sed etiã de copia murmurare· vt et cũ aliquid nõ suppetit querula· et cum quedam exuberent sit ĩgrata Multe messis dñs horreorum suorũ plenitudĩe fastidiuit et ad copiã vindemie fluentis ingemuit· nec de magnitudine fructuum gratulatꝰ· s de vtilitate cõquestus ẽ Si aũt ꝓles fuerit in susceptis ire seimibꝫ et castigacõe ꝓuentu vites oleeqꝫ defluxerint· accusãt annus· arguunt elementa· et nec aeri ꝑcitur neqꝫ celo· cũ fideles et pios discipulos veritatis nichil magis cõmendet et muniat q̃ ꝑseuerans in deum et indefessa laudatio· dicente aplo Semꝑ gaudete sĩe intermissione orate· in orationibꝫ gratias agite Hec enĩ voluntas dei est ĩ xp̄o ihũ in omnibꝫ vobis Huius aũt deuotionis queãdmodũ poterimus esse ꝑticipes nisi rerum varietas constantiã mentis exerceat· vt amor directus in deũ nec inter secũda superbiat· nec inter aduersa deficiat· Quod placet deo placeat ꝛ nob' De omni mensura munerum ipsius gaudeamꝰ Qui bene vsus magnis ẽ· bene vtatur et modicis· Tã nobis copia q̃ ꝑcitate consulitur· nec ĩ spiritalibꝫ lucris ãgustia grauabimur fructuũ· si fecũditas nõ arescat aiorum Oriatur de cordis agro· quod terra nõ dedit: semper illi quod largiatur occurrit cui bene velle nõ deficit Ad omnia igitur dilectissimi opa pietatis oĩm nobꝭ q̃litas ꝓsit annorũ· nec beniuolẽtiam cristianã difficultas tpalis ĩpediat Nouit dñs vasa hospitalis vidue vacuata cõplere: nouit aquas in vina cõuertere· Nouit de paucissimis panibꝫ milia esurientiũ saturare populorũ· et ille qui in suis pascitur· q̃ potuit augẽ dando potest multiplicare sumendo· Tria vero sunt q̃ maxĩe ad religiosas ꝑtinent actiones· orõ scꝫ ieiuniũ et elemosina· quibꝫ

exercendis · omne quidē tēpus
acceptum · sed illud ē studiosi
us obseruandū · quod aposto
licis accepim⁹ traditionibꝰ cō
secratum · sicut etiā dicim⁹ hic
mensis morem refert veteris i
stituti · vt tria illa de q̄bꝰ locu
tus sū diligentius exequamur
Oratione enī ꝓpiciatio dei q̄
ritur Ieiunio cōcupiscētia car
nis extinguit · elemosinis pec
cata redimuntur simulq3 per
omnia dei in nobis ymago re
nouatur · si et in laudem eius
semper pati et ad purificatio
nem nostrā sine cessatione sol
liciti et ad sustentationem ꝓxi
mi indefinenter simus intenti ·
Hec triplex obseruātia dilectis
simi omnium virtutum cōpre
hendit effectus Hec ad imagi
nem et similitudinem dei ꝑue
nit · qr in oracōnibꝰ ꝑmanet fi
des recta · in ieiunio inocēs vi
ta · in elemosinis mens benig-
na Quarta igitur et sexta feria
ieiunemus sabbato aūt apud
beatissimum petrum apostolū
vigilias celebremus q̄ ꝛ orati
ones et ieiunia et elemosinas
nostras precibus suis digna-
bitur adiuuare Per dūm nos
trum qui cum patre et spiritu
viuit et regnat p oīa ·

De eodem sermo secundus ·

Vod temporis ratio et
deuotionis nostre cō-
monet cōsuetudo: pas-
torali vobis dilectissimi sollici-
tudie ꝑdicamus · decimi mens
celebrandū esse ieiuniū Quo
pro consūmata perceptione om
nium fructuū · dignissimo lar
gitori eorum deo cōtinentie li-
bamen offert · Quid eī potest
efficatius esse ieiunio · cui⁹ ob
seruantia appropīquam⁹ deo
ꝛ resistentes diabolo vicia blā
da supamus: Semp enī virtu
ti cibus ieiunium fuit · De ab
stinentia deniq3 ꝓdeunt caste
cogitationes: rationabiles vo-
lūtates · salubriora cōsilia: ꝛ p
volūtarias affectiōes caro con
cupiscentijs morit · virtutibus
spūs innouatur Sed qr nō so
lo ieiunio aīarum nostrarum
salus acquiritur · ieiuniū nos-
trū misericordijs paupm sup-
pleamus Impendam⁹ virtuti
qd' subtrahimus voluptati · fi-
at refectio paupis abstinentia
ieiunātis · Studeam⁹ viduaꝝ
defēsiōi · pupilloꝝ vtilitati: lu
gētiū cōsolatiōi dissidētiū paci
Suscipiat pegrin⁹ · adiuuet
oppssus · vestiat nud⁹ · foueat
egrot⁹ · Vt q̄cūq3 nrm de iustis
laboribꝰ auctoi bonoꝝ oīm deo
sacrificiū h⁹ pietatis obtulerit
ab eodē regni celestis ꝑmiū pci
pe mereat Quarta i⁹ ꝛ sexta feria
ieiunem⁹: sabbato āt apd' be-
atū petrꝝ aplm̄ pit vigile⁹: cu⁹
suffrāgātibꝰ meritis q̄ poscim⁹ i
petrare possim⁹ · p xp̄m d · n ·

De eodem sermo tercius

IN domīco agro dilectissimi cuius operarij sumus optet nos prudenter atqz vigilanter spiritalē exercere curā. vt pseuerāti industria q̄ legittimis tēporibus sunt exequēda curātes. de sanctorum operū fruge letemur: Que si pigro ocio et inerti desidia negligant terra nr̄a nichil generosi germinis pariet: et spinis ac tribulis subdita non pducet que condēda sint horreis. sz que vrenda sūt flāmis Ager āt iste dilectissimi rorante desup grā dei fide muniť. ieiunijs exercetur. elemosinis seritur. orationibꝰ fecūdať vt inter plātacōes rigationesqz nostras nulla amaritudis radix pullulet. nec se īcremēta cuiusqz noxie stirpis attollāt. sz enecato omni semie vitiorum. cōualescat seges leta virtutum. Ad quam diligentiam oī quidem nos tempe pietatis adhortať sed in hijs diebꝰ qui huic opi sunt specialius prestituti maior animositas et cura est excitanda feruentior. ne quod piū est agere non indictum impiū sit negligere p̄dicatū: Decimi itaqz mensis ieiuniū ad qd caritatem vestram religioso pposito nouimus preparatā vnanimiter auxiliante christo celebrātes hortamur monētes. vt vnusquisqz scdm mensurā possibilitatis quā accepit a deo. ī bonis opibus enitescat. Quia et inimici nostri qui nostra sanctificatione torquentur. in hijs diebus quos ad maiorem obseruātiā nobis dispositos esse nouerūt. vehementius seuiūt et subtiliore insidiātur astutia vt alijs īmittendo metum inopie de largitatis expēsis. alijs inicīendo tristitiā de labore ieiunij. q plurimos a consortio huius deuotionis abducant: Contra quas dilectissimi septaciones vigilet in nobis pij cordis intentio. et a xpianis mētibus cogicacōnes diffidētie repellantur. Modicū est enim qd pauperi satis est: nec victus illius nec vestitus onerosus est. vile est quod esurit. vile quod sitit. et nuditas que īdiget opiti nō possit ornari: Et tn̄ dn̄s noster tā pius opm nostrorū arbiter. tā benignus est estimator. vt etiā pro calice aque frigide sit premium redditurus. Et quia iustus inspector ē animorum non impendiū solum opis. sed etiam affectum est remuneraturus operantis.

De eodem sermo quartus.

COnsiderer vos dilectissimi ad opa pietatis hortamur. quia experimētis didicimus libenter vos suscipere qd monemus. Scitis

nāq3 et de deo docente agnosci
tis ad eternū vobis gaudiū ꝑ
futuram · diuinoꝝ obseruātiā
mād atorum: in quibꝰ exequē
dis · qz hūana fragilitas ple-
rūq3 lassescit · et in multis ꝑ la
briam sue īfirmitatis offēdit ·
misericors et pius dominus re
media nobꝭ et adiutoria dedit
per q̄ veniam obtiere possimꝰ
Quis em̄ tot illecebras mūdi ·
tot īsidias diaboli · tot demq3
picula sue mutabilitatis eua-
deret · nisi demētia regis eterni
mallet nos repare q̄ꝑ pdere ?
Nā et qui iam redempti · iam
regenerati · iam filij lucis effec
ti sūt · q̄ꝑdiu tamen in hoc mū'
do qui totus in maligno ē posi
tus detienentur · q̄ꝑ diu infirmita-
ti carnis corruptibilia blādiū-
tur et tpalia · nō possunt istos
dies sine temptatione transire
Nec facile cuiquam prouenit
tam incruenta victoria: vt in
ter multos hostes frequen-
tesque conflictus · etiam si sit
liber a morte · sit quoq3 immu
nis a vulnere · Curandis igi
tur lesionibus quas sepe in-
cidūt · qui cū īuisibili hoste con
fligūt · triū maxime remedioꝝ
adhibenda est medicina · In o
rationis instantia · in castiga
tione ieiunij · in elemosine lar
gitate · Que cum pariter exer
centur · deus propiciatur · de
letur culpa · temptator elidi'
tur · Et hijs quidem presidijs
semper fidelis anima debet ac-
cingi · sed tunc studiosius pre
parari: cum hij assint dies
qui proprie sunt ad hec bene
ficia pietatis prestituti · De
quorum ordine est decimi hu-
ius mensis solempne ieiuniū
qd̄ nō negligendum ē · quia
de obseruātia veteris legis as-
sūptum est tāq̄ꝑ hoc de illis sit
q̄ inter discretiōes ciboꝝ · inter
baptismatum differētias · et a
nium pecudumq3 hostias esse
destiterūt Illa em̄ que rerū fi-
guras gerebāt · īpletisq3 figni
ficauere finita sūt: ieiunioꝝ vero
vtilitatem noui testamēti grā
nō remouit: et cōtinentiā sem-
per corpi atq3 anime ꝓfuturā
pia obseruatione suscepit Qm̄
sicut ꝑmanet apud ītelligētiā
xp̄ianam · dominum deum tu
um adorabis · et illi soli serui'
es: et diliges dn̄m tuum ex to-
to corde tuo et ꝓximum tuum
sicut teipsum · et cetera talium
mandatorum: ita q̄ in eisdem
libris de ieiunioꝝum sanctifica
tione et curatione preceptum ē
nulla interpretatione vacuat ·
In omni enim tempore · omni
q3 vita istꝰ secuti · ieiunia nos
contra peccata faciunt fortio
res · ieiunia cōcupiscentias vi-
cunt · temptationes repellunt ·
supbiā inclināt · ⁊ irā mitigāt
et oēs bone volūtatis affectus

ad maturitatem vocis virtutis enutriunt. si tñ in societate fidei beniuolentiã caritatis assumant: et inopibus mie se prudenter exerceant. Ieiuniũ eñ sine elemosina non tã purgatio aie. q̃ carnis afflictio ẽ. Magisq3 ad auaritiã q̃ ad cõtinentiam referendũ est. quãdo aliquis sic a cibo abstinet vt etiã a pietate abstineat. Nostra ergo ieiunia dilectissimi habundent fructibus largitatis: et in paupes xpi benignis sint fecũda muneribus. Nec terreãtur i hoc ope mediocres quia parũ sit qd possũt de sua facultate decipe. nouit dos omniũ vires et scit iuste inspector de qua mẽsura quisq3 quid tribuat. Dissimiles quidẽ substãtie similes erogationes habere nõ possũt. s3 equat plerũq3 merito. quod distat impendio. quia põt esse par aimus. etiam vbi ipar est census. Hec itaq3 vt adiuuante domino. pia deuotiõe curẽt. quarta et sexta feria ieiunem. sabbato vero apd beatũ apostolũ petrũ vigilias celebre. cuius oronibus adiuuati. i oĩbus dei miam 9sequamur.

De eodẽ sermo quintus.

S Ublimitas quidẽ dilectissimi gratie dei. hoc cotidie opatur i cordibus xpianis vt omne desiderium nostrũ a terreis ad celestia transferatur. Sed etiã psñs vita per creatoris opem ducitur vt per ipsius puidentiã sustinet. Quia idẽ largitor est tpaliũ q̃ pmissor ẽ eternorũ. Sicut ergo pro spe future felicitatis ad quam p fidẽ currim9 gratias deo agere debemus. q ad perceptionẽ tãte pparatiõis eruebimur. ita p hijs quoq3 cõmodis que singulorũ annorũ reuolutione cõsequimur. deus a nobis honorandus atq3 laudandus est. Qui sic terre fecunditatem ab initio dedit. sic pariendorum fructuũ leges i q̃busq3 germinibus ac seminibus ordinauit vt nũq̃ sua istituta deserẽt. sed in rebus cõditis benigna conditoris amministratio pmaneret. Quicq̃d ergo ad vsus hoim segetes vinee oleeq3 pepernt. totũ hoc diuine bonitatis largitate pfluxit. q̃ elemẽtorũ qualitate variata. dubios agricolarum labores clemẽt adiuuit vt vtilitatibus nostris vẽti ꝛ imbres. frigora ꝛ estus dies noctesq3 seruirent. Nõ eñ sibi ad effectus opm suorũ ratio humana sufficeret. nisi plãtationibus et rigationibus solitis dñs incremẽta preberet. vnde plenũ pietatis atq3 iustitie ẽ vt de hijs q̃ nobis celestis pr̃ misericorditer cõtulit. nos q̃q3 alios adiuuemus. Sunt enim plurimi qui nullam in agris.

nullam in vineis nullam būt
in oleis portionem · quorum ī-
opie de ea quam dominus de-
dit copia consulendum est · vt
et ipsi nobiscum deo pro terre
fecunditate bñdicāt ⁊ gaudeāt
possidētibꝰ fuisse donata · q̄ eti
am pauperibus ac peregrinis
fuerint facta communia · Fe-
lix illud est horreum · et omni
um fructuum multiplicatione
dignissimum · de quo egentiū
et debilium saturatur esuries ·
de quo releuatur necessitas pe-
regrini · de quo desiderium fo-
uetur infirmi · Quos ideo sub
diuersis molestijs iusticia dei
laborare pmisit · vt et miseros
pro paciencia · et misericordes
pro beniuolētia coronāret Huic
autem operi dilectissimi cū om
nia oportuna sint tempora · h
nunc precipue aptum est atq̄
conueniens In quo sancti pa-
tres nostri diuinitus inspirati
decimi mensis sanxere ieiuniū
vt omnium fructuum collecti-
one conclusa rationabilis deo
abstinentia dicaretur · et memi
nisset quisq̄ ita vti habundā
tia · vt circa se abstinentior et
circa pauperes esset effusior :
Efficacissima eñ pro peccatis
est deprecatio in elemosinis at
q̄ ieiunijs atq̄ velociter ad di
uinas cōscendit aures talibus
oratio eleuata suffragijs Qm̄
sicut scriptum est anime sue be
nefacit vir misericors · et nich
il vniuscuiusq̄ tam proprium
ē quod ipendat in proximū ·
Pars enim corporaliū faculta
tum que indigentibꝰ ministra
tur in diuitias transit eternas
Et ille opes de hac largitate
pariuntur · que nullo vsu mi-
nui nulla corruptione poterūt
violari Bti namq̄ misericor-
des qm̄ ipsorum miserebit deꝰ
et illis ipse erit sūma premij q̄
ē forma precepti Inter hec au
tem dilectissimi opera pietatis
q̄ nos deo magꝰ magisq̄ cōmē
dant · dubium nō est q̄ hostis
noster nocendi cupidus et pe-
ritus acrioribus inuidie stimu
lis incitetur · vt quos apertis
et cruentis persecutionibus im
pugnare non sinitur · sub falsa
xp̄iane nominis professiōe cor
rumpat · habens hereticos hu
ic nomini seruiētes · quos a ca-
tholica fide deuios · sibiq̄ sub-
iectos militaē ī castris suis sub
diuꝰ erroibꝰ fecit Et sic decipi
endis ꝑmis hoībꝰ misteriū sibi
ꝓpētis assūpsit · ita hoꝝ ligua
ad se ducēdos retōꝝ aīos vene
no sue falsitatis armauit · Sz
hijs īsidijs dilcīssimi pastorali
sollicitudīe īgētū dn̄s auxiliāt
occurrimꝰ ⁊ ne q̄d de sācto gre
ge peat ꝓcauētes · p̄mis vos d̄
nūtiacōibꝰ āmoneꝰ · vt labia ī
iq̄ ⁊ liguā dolosā a q̄bꝰ ꝓpha
aīaȝ suā liberāri poscit declietis

Quia sermo eorum sicut ait bea
tus apl'us serpit vt cancer hu
militer irrepunt·blāde capitāt
molliter ligant latenter occi-
dunt Veniunt em̄ sicut salua-
tor p̄dixit sub vestitu ouiū· in
tus aūt sunt lupi rapaces·q̄a
non possent veras et simplices
oues fallere nisi xp̄i noīe tege
rēt rabiem bestialem In hijs
aūt oībus operatur·qui cum sit
vere illuminationis inimic' in
lucis se angelum transfigurat
Huiꝰ āte basilides·hūiꝰ mar
cion callꝫ īgenio· hoc duce a-
gitur sabellius·hoc precipitaꝰ
rectore fotinus·huiꝰ ptāte fa
mulatur arri'· huius spiritui
seruit eunomiꝰ Tota denicꝫ
bestiarum taliū cohors hoc p̄
side ab ecclesie vītate discessit
hoc magr̄o a veritate discreuit
sed cū in cunctis puersitatibus
multiformem teneat principa
tum·arcem tn̄ sibi ī manichee-
orum strixit insania et latis-
simam ī eis aulam in qua ex-
ultātiꝰ se iactaret īuenit·vbi nō
vnius prauitātis spetiem· sed
omniū simꝰ errorum īpietatū
qꝫ mixturam gn̄aliter posside
ret Quod em̄ ī pagaīs ꝓpha
num·qd̄ in iudeis carnalibus
ceciī· quod in secretis magice
artis illicitū·quod denicꝫ in oī
bus hereticis sacrilegū atqꝫ
blasphemū est·hoc in ipos q̄
si ī sentinam quādam cū oīnū

sordiū concretione confluxit· vn̄
vniuersas eorum īpietates ac
turpitudines enarrare plon-
gum est· Supat em̄ verborū
copiam·criminum multitudo
Ex q̄bꝫ ad indicādum pauca
sufficiunt·vt de hijs q̄ audieri
tis etiam illa que verecunde p̄
termittimꝰ estimetis De factis
tamē eorum q̄ apud illos tam
obscena sunt q̄ȝ nephāda·qd̄
inquisitioni nostre dn̄s manife-
stare voluit n̄ tacemꝰ· ne q̄sq̄
putet nos de hac re dubie fa-
me et incertis opinionibus credi
disse Residentibus itacꝫ mecū
episcopis atqꝫ p̄sbiteris· et in
eundē consessum xp̄ianis viris
et nobilibꝫ congregatis electos
et electas eoꝝ iussimꝰ p̄sentari
Qui cum d' puersitate dogma
tis sui·et de festiuitatū suarum
consuetudine multa referarent
illud quocꝫ scelus qd̄ eloq̄ vere
cundum est ꝓdiderunt·qd̄ tā-
ta diligētia inuestigatū est·vt
nichil minus credūt·nichil ob
trectatoribus relinqueretꝰ ābi
guū Adherebāt em̄ omnes p
sone per quas inp̄bandū fa-
cinus fuerat ꝑpetratum ·puel
la scꝫ vt multū decennis et due
mulieres que ipsam nutrierāt
Presto erat etiā adolescentulꝰ
viciator puelle·et episcopꝰ ip
sorum detestādi criminis ordi
nator Quincꝫ par fuit horū et
vna confessio·et patefactum est

execratū q̄d vix aurēs nr̄e ferre
potuerunt De quo ne aptius
loquentes castos offendamus
auditus · gestorum documēta
sufficiūt · quib9 pleissime doce
tur nullā in hac secta pudiciti-
am · nullā honestatem · nullā
repiri penitus castitatē · ī qua
lex est mēdatium · diabolus re
ligio : sacrificiū turpitudo · Hos
itaq3 homines dilcīssimi p om
nia execrabiles atq3 pestiferos
quos aliarum regionum per'
turbatio nobis intulit crebrio
res · ab amicitia vestra penitus
abdicate · Vosq3 precipue mu
lieres a talium noticia et collo
quijs abstinete · ne dū fabulo-
sis enarrationibus incaut9 de
lectatur auditus · in diaboli la
queos incidatis · Quis sciēs q
primum virum mulieris ore
seduxerit · perq3 femineam cre'
dulitatem omnes hoīes a pa
disi felicitate deiecerit · vestro q̄
q3 nunc sexui securiore insidia
tur astutia · vt eas q̄s sibi potu
erit per ministros sue falsita-
tis alliceret · et fide spoliet et pu
dore · Illud quoq3 vos dilcīssi'
mi obsecrans moneo · vt si cui
vestrum inotuerit vbi habitēt
vbi doceant quos frequentēt
et in quorum societate requies
cant · nostre sollicitudini fidelit
indicetis Quia parū vmaiū p
dest q ptegēte spū sancto ab
istis ipse nō capit · si cū alios ca.

pi intelligit nō mouetur · Con
tra communes hostes pro sa'
lute cōmum vna omniū debet
esse vigilātia · ne de alicui9 mē
bri vulnere etiam alia possint
mēbra corrumpi Et qui tales
nō pdendos putant · in iudicio
xp̄i inueniantur rei de silentio
etiā si nō cōtaminentur assensu
Assuite itaq3 religiose sollicitu
dinis piū zelum et cōtra seuissi
mos aīarum hostes omnium
fidelium cura cōsurgat Jdō eni
misericors deus quādam nob
partē pdidit hominum noxi-
orum vt maīfestato piculo ex
citaretur diligētia cautionis ·
Nō sufficiat quod actum ē · s
eadem inquisitio pseueret · que
hoc auxiliante domino cōseqt
vt nō solū qui recti sūt icolumes
pseuerent sed etiam multi q̄ di
abolica seductione decepti sūt ·
ab errore reuocentur Vestre āt
orationes atq3 elemosine et ie
iunia misericordi deo p hāc ip
sam deuotionem sacrati9 offe
rēt · cū etiā h op9 fidi ad ōma
officia pietatis accesseit · Qrta
et sex feria ieiunemus · sabbato
āt apd beatissi[m] aplīn petri vi
gilias celebre9 Qui sicut expi
m[2] et credi9 p cōmēdatis sibi a
dño oīb9 idesinēt pastorales
ptēdit excubias · exorātur9 dep
cacōib9 suis vt eccā di q̄ ipsius
ē pdicacōib9 istituta ab oī erro
re sit libera Per xp̄m dñm nr̄m ·

Sermo sextus de eodē·

Euāgelicis sanctionibꝰ dilectissimi multū vtilitatis p̄bet doctrina legalis· cū quedā de mādato veteri ad nouā obseruātiā trāsferuntur· et ex ipsa ecclesiastica deuotione mōstratur· q̄ dominus ihesus nō venit legem soluere ſ͂ adimplere Cessātibꝰ em̄ significationibꝰ q̄bꝰ saluatoris nostri nunciabat aduentus· et pactis figuris quas abstulit ipsa p̄ntia veritatis· ea q̄ ad regulam moꝝ· vel ad simplicem dei cultū ratio pietatis instituit· ī eadē apud nos forma qua sunt cōdita pseuerant Et q̄ vtriq̄ testamēto erāt cōgrua· nulla sunt cōmutatione variata Ex hijs aūt etiā decimi mēsis solēpne ieiuniū· qd̄ a nobis nūc est ānua ꝯsuetudīe celebrandum· q̄a plenū ē iustitie atq̄ pietatis: gr̄as diuīe agere largitati· pro fructibꝰ q̄s in vsus hoim̄ scd̄m summe puidētie tēperamētum terra pdurit Quod vt p̄mpto aīmo nos facere monstrem? · nō solum continentiam ieiunij· sed etiam elemosinaꝝ curā optet assumi· vt de terra quoq̄ cordis nr̄i· germen iustitie et fructus caritatis oriatur· et mīaꝝ dei pauperum ipsius miserendo mereamur Efficacissima est eī ad exorandum deū postulatio cū pietatis opa suffragantur Qm̄ qui suum ab iope nō auertit animum· cito ad se domini cōuertit auditum· dicente dn̄o Estote misericordes sicut pater vester misericors ē Dimittite et dimittetur vobis Quid hac iustitia benignius· quid hac retributione clementius· vbi sententia iudicaturi ī potestate ponitur iudicandi· date inquit et dabitur vobis· q̄ꝫ cito diffidentie sollicitudo· et auaritie ē amputata cūctaciō: vt quod reddituram se p̄mittit veritas: secura expandit humanitas· constans esto xp̄iane largitor· da quod accipias sere qd̄ metas· sparge quod colligis Noli metuere dispendiū· noli de dubio suspirare puentu Substantia tua cū bene erogatur augetur et concupiscere iustum mie lucrum: eternum questus est sectari commertium· Munerator tuus vult te esse munificū Et q̄ dat vt habeas: mādat vt tribuas dicens· date: et dabitur vobis· Amplectenda est tibi p̄missionis istius gratulanda conditio Quāuis em̄ nō habeas nisi qd̄ accepis· ñ potes tamen non habere quod dederis Qui ergo pecuīas amat et młtiplicare opes suas immodicis optat augmētis· hoc potiꝰ sāctū fenus exerceat et hac vsurarū arte ditescat vt nō hoim

laborantiū captet necessitates ne per dolosa beneficia laqueos incidat isolubilium debitorum · sed illius fit creditor · illius fenerator · qui dicit date et dabitur vobis · et qua mensura mensi fueritis · eadem remetietur vobis · Infidelis aūt et iniquus est etiā sibi · qui quod estiat diligendum · nō vult habere prētium Quātalibet adiciat · q̄ntalibet condat et congerat · inops de hoc mūdo et egenus abscedet · dicēte pphā dauid · Qm̄ cū interierit nō accipiet oīa neqȝ descendet cum eo gloria domꝰ eius · qui si benignus esset aīe sue · illi bona sua crederet · qui et ydoneꝰ fideiussor ē pauperum · et largissimꝰ redditor vsurarum · Sȝ iniusta et īpudēs auaricia · que bn̄fitium se dicit prestare cū decipit · nō credit dō veraciter pmittēti et credit homini trepide paciscenti · dumqȝ certiora estimat p̄ntia q̄ futura · merito frequenter in hoc incurrit · vt ei cupiditas iniusti lucri · nō iniusti causa sit dāpni · Unde quilibet sequatur euētus · mala semper est ratio fenerantis · cū peccuniam minuisse et auxisse peccatum est · vt q̄ miser sit amittendo q̄d dedit aut miserior accipiendo q̄d nō dedit Fugienda prorsus ē iniq̄tas fenoris et lucrum quod et omni caret humanitate vi-

tandum est Multiplicatur quidē facultas · iniustis et tristibus incrementis · sed mentis substātia contabescit · quoniam fenꝰ peccunie: funus ē anime · quid enim de huiusmodi hominibus sentiat dominus · sacratissimꝰ dauid pphā manifestat · qui cum diceret Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo · responso diuine vocis īstruitur · et eum ad eternam requiem pertinere cognoscit · qui inter alias pie conuersationis regulas peccuniam suā non dedit ad vsuram · et tabernaculo dei ostenditur alienus · et a sācto monte eius extraneus · qui dolosū questum de peccunie sue captat vsuris Et dum per aliena cupit dampna ditari · eterna dignꝰ ē egestate puniri Uos itaqȝ dilcīssimi qui ex toto corde promissionibus domini credidistis fugientes īmundissimam auaricie lepram · donis dei pie et sapienter vtimini · et quoniam de ipsius largitate gaudetis · date operam vt possitis gaudiorum vestrorum habere cōsortes Multis enim que vob̄ suppetūt desūt · et ī q̄rūdā īdigētia materia vob̄ data ē diuine bonitatis imitāde vt p vos etiam in alios benefitia diuina transirent: et bene dispensantes temporalia: acquirētes etna

Quarta igit̃ et sexta feria ieiu
nemus· sabbato aũt ad beatissi
mũ petrum aplm̃ vigile⁊· cu⸗
ius oronibus nobis p omnia
obtineatur diuina ꝓtectio· p
xp̃m dominũ nostrũ·

Sermo septim⁊ de eodẽ·

Presidia dilcĩssimi san
ctificandis mẽtib⁊ no
stris· atq3 corpib⁊ diui
nitus instituta ideo cũ dierum
corpũq3 curricul is sine cessati
one reparantur· vt infirmita
tum nostrarum ipsa nos me
dicina cõmoueat Natura q̃p
pe mutabilis ⁊ de peccati labe
mortalis· licet etiam iã redẽp
ta et sacro baptismate sit rẽna
ta· ĩquãtũ est passibilis· ĩtãtũ
est ad deteriora procliuis· cor
rumpereturq3 carnali deside⸗
rio nisi spiritali muniret̃ auxi
lio· q̃a sicut nulli nũq̃ deẽ vñ
corruat: ita semper presto est
vnde subsistat· dicente aposto
lo· Fidelis em̃ deus· qui vos ñ
pacietur temptari super id q̃d
potestis· s3 faciet ꝓuentum vt
possitis sustinere Quamuis er
go dñus ꝓtegat bellaturos
⁊ milites suos ille q̃ potẽs ĩ p̃e
lio cohortetur et dicat· nolite
timere quia vici mundũ· scien
dum tamẽ est dilectissimi h°
incitamẽto formidinem subla
tam esse non pugnã· ⁊ rẽunso
aculeo timoris causã manere
cẽtaminis· quod ab hoste ñsu
to terribiliter quidẽ furore pse
cutionis mouetur sed innocen
tib⁊ specie pacis infertur· vbi
em̃ in apto sunt pugne· in ma
nifesto sunt et corone· Et hoc
ipsum alit atq3 accendit paci⸗
entie fortitudinẽ· q̃ sicut ꝓx⸗
ima est tribulatio· ita est ⁊ vi⸗
cina promissio Cessantib⁊ re⸗
ro publicis ĩpugnationib⁊ im
piorum ⁊ a cedibus ac suppli
cijs fideliũ diabolo continente
ne ptinatia crudelitatum mul⸗
tiplicatio nr̃orum fieret trium
phorum· fremit aduersari⁊ et
cruentas inimicitias ad quie⸗
tas cõuertit insidias vt quos
vicere fame ⁊ gelu flãmis fer⸗
roq3 nõ potat ocio tabefaceret3·
cupiditatibus irretiret· ãbicio⸗
ne inflaret· voluptate corrum⸗
peret S3 hijs atq3 alijs omni
bus destruẽdis h3 acies xp̃i⸗
ana potentes munitiões ⁊ ar⸗
ma victricia deo scz instruente
milites suos vt spiritu veritatis
mansuetudo irã· largitas aua
riciam· benignitas extinguat
inuidiam Commutãte eĩ dex⸗
tra excelsi corda multorum re
dijt in nouitatem vetustas· et
de famul̃ iniquitatis ministri
ꝓdiere iusticie· subiecit luxuri
am cõtinentia· humilitas arro
gantiam propulsauit Et qui ĩ
pudicitia sorduerant castita⸗
te nituerunt Hijs aũt cõuersi
ombus dilectissimi prouidẽte

gr̃a dei addita sunt sancta ieiu-
nia que in q̄busdam diebꝫ ab
vniuersa ecclesia deuotionē ob
seruantie generalis exigerent·
Quãuis eni̅ pulchrum sit atq
laudabile ut singula queq mē
bra corpis xp̄i ꝓpriis ornen'
tur officiis· excellentioris tamē
est actiois sacratiorisq v̄tutis
cũ in vnum ꝓpositum pie ple
bis corda concurrunt vt ille cui
sanctificatio nostra supplicium ē
nõ solum a pte sed etiã a soli-
ditate superetur · Cui nunc opi
dilcīssimi decimus mēsis offer
tur · ãmonens quodãmodo ꝓ
qualitate tpis sui ne quisq̄ fri
gore insoliditatis obtorpeat ·
sed potius caritatis spiritu con
calescat · quomã q p ipsa elem̃
ta mundi tq̄ p publicas pagi
nas significationē diuine volũ
tatis accipimus · nec vnq̄ ces-
sat superna erudicõ · qũ etiam de
hiis que nobis famulantur im-
buimur · Preter illam nãq a-
postolicam sentētiam qua hoĩ
nes fructu pietatis carētes · va
cuis arboribus comparantur
etiam illa ficus nobis cauēda
est de sue infecũditatis exemplo
quã dñs ihesus sicut euangeli
um refert nichil habentem qd
esuriens sumeret · ꝑpetua sterili
tate dãpnauit vt itelligeremꝰ
quomã qui esurientem nõ refe
cit egenum · ipsi denegat cibũ
qui quod pauperi est sibi dixit

impensum Et huius maledic
tionis arbores erunt quibus a
iudicante dicetur · Discedite a
me maledicti in ignem eternũ
quem ꝑparauit pater meus dia-
bolo et angelis eius · Esuriui e
nim et non dedistis michi mã-
ducare sitiui et non dedistis mi
chi bibere · q̄c · Que ideo sin-
gula reuoluntur vt auertamꝰ
nõ futurum extra misericordi
am qui vel partem operum fu
erit executus Anima autē nei
nem iuuans · erit arbor nõ ha
bens poma · cum totius fructu
pietatis inuenietur aliena · De
cimi ergo mensis ieiunium qd
hiemalis temporis est ad agri
culturam nos misticam vocat ·
qua segetum et palmitum atq
arborum vites · quibꝫ huma
na sustentatur infirmitas · spi
ritalibus studiis excolantur ·
vt dominicus ager suis ditet
impendiis · et quem numq̄ ex
pedit esse sine fructu de propri
a fiat vbertate fecũdior Quod
vtiq intelligit sanctitas vestra
ad totius ecclesie profectum es
se referendum · quorum in fide
germen est · in spe incrementũ
in caritate maturitas · Quia ca
stigatio corporis : et instantia
orationis tunc veram obtinent
puritatem · cũ elemosinarum
sanctificacõne nitescunt · dicēte
dño · date elemosinã q ecce oĩa
mũda sunt vob̄ Quarta igitur

et sexta feria ieiunem⁹ · sabba
to autem apd̄ beatissimū petr̄
apostolū vigilias celebremus
ipso p̄stante et adiuuante qui
cū patre et spiritu sancto viuit
et regnat per oīa secula·

De eodē sermo octauus

C Um de aduentu regni
et de mundi fine ac tē-
porum saluator suos
discipulos īstrueret · totāq; ec-
clesiam suā in apostolis erudi
ret · cauete inquit ne forte gra
uentur corda vr̄a in crapula
et ebrietate et cogitationib⁹ se
cularibus Quod vtiq; precep
tum dilectissimi ad nos spetia
lius ptinere cognoscimus · q̄b⁹
denunciatus dies etiam si ē oc
cultus · nō dubitatur esse vici-
nus Ad cuius aduentum ōnē
hominem cōuenit p̄parari · ne
quē aut ventri deditū: aut cu-
ris inueniat implicatum Coti
diano eñ dilectissimi experimē-
to probatur · potus sacietate a
ciem mentis obtundi · et cibor̄
nimietate vigorem cordis he
betari · ita vt delectatio edendi
etiam corpū contraria sit salu
ti · nisi racō tpantie obsistat il
lecebre et qd̄ futur̄ ē oneri sub
trahat voluntati · Qm̄uis ei sn̄
anima caro nichil desiderȝ · et
inde accipiat sensus · vnde sumit
et motus · eiusdē tamen est aīe
quedā subdite sibi negare sub
stantie: et interiori iudicio ab

īcōuenientibus exteriora frena
re · vt a corporeis cupiditatib⁹
sepius libera · ī aula mētis pos
sit diuine vacare sapiē vbi oī
strepitu terrenarū silente cura
rum · in meditationibus sanctis
et in delicijs letet̄ eternis · Qđ
si in hac vita difficile est con-
tinuari · potest tn̄ frequent̄ as-
sumi · vt sepi⁹ ac diutius spiri
talibus potius q̄ carnalibus
occupemur · et cum meliorib⁹
curis maiores īpendimus mo
ras · ad incorruptibiles diuiti-
as etiam tpales transeunt acti
ones · Huius obseruantie vtili
tas dilectissimi in ecclesiasticis
precipue est cōstituta ieiunijs
que ex doctrina sancti spiritus
ita per totius ām circulum dis
tributa sunt vt lex abstinentie
omnibus sit ascripta tempori-
bus · siqđem ieiunium vernū in
quadragesima · estiuum in pē
tecoste · autūpnale in mēse sep
timo · hiemale aūt in hoc q̄ est
decim⁹ celebram⁹ · intelligen-
tes diuinis nichil vacuum es-
se preceptis et verbo dei ad eru
ditionem vr̄am omnia elemē
ta seruire · dum p ipsius mūdi
cardīes quasi per quatuor eu-
angelia incessabiliter didici-
mus qđ et predicemus et aga
m⁹ Dicēte eī pphā · celi enar
rant gloriam dei et opa manu
um eius ānuntiat firmamen
tum · dies diei eructat verbum

et nox nocti indicat scientiam·
Non sunt loquele neq; sermo-
nes: quorum non audiant vo
ces eorum· In omnem terram
exiuit sonus eorum: et in fines
orbis terre verba eorum· In so
le posuit tabernaculū suum·&c
Quid ē p qđ vob veritas nō lo
quitur: Ipsius voces in die· ip
sius audiunt in nocte ·Et pul
chritudo rerum vnius diei opi
ficio conditaꝝ nō desinit cordis
auribus magistram insinuare
rationem· vt inuisibilia dī per
ea q̄ f cā sūt : intellecta ꝯspiciā
tur et nō creaturis sed creatori
oīm seruiatur Cum ergo vni-
uersa vicia per cōtinentiam des
truant· et quicq̄d auaritia si'
tit q̄cquid supbia ambit· quid
q̄d luxuria cōcupiscit· huius vir
tutis soliditate superet · quis
nō intelligit q̄ntum nobis p ie
iunia conferatur· in quibus in
dicitur vt non solum a cibis ·
sed etiam a carnalibus deside'
rijs temperetur Alioquin super
fluum est suscipe esuriem· et in
iquam nō deponere volūtatē ·
recuso affligi cibo· et a concep-
to nō silere peccato· Carnale ē
nō spiritale ieiunium ·vbi soli
corpori nō parcitur· et ī hijs q̄
omnibus delicijs nocentiora
sunt pmanetur Quid ꝓdest ai
me foris agere quasi dominā
et intus seruire captiuam· mē-
bris proprijs imperare· et ius
proprium amittere: Et merito
plerumq; patitur famulam re
bellantem que nō reddit domi
no debitā seruitutem · Jeiunās
ergo corpe ab escis· mens ieiu
net a vicijs· et curas cupidita
tesq; terrenas regis sui lege di
iudicet· meminerit primam di
lectionē deo· secūdā debere ꝓxi
mo· omnesq; affectus suos hac
regula dirigendos· vt nec a cl
tu recedat domini ·nec ab vti'
litate conserui · Quomodo au-
tem deus colitur nisi quod ipsi
placet placeat et nobis · nec
ab eius etiam imperio noster
vnquam resultet affectus: ·
Quoniā si hic quod ille vult
volumus ab illa sumet infir'
mitas nostra virtutē· a quo ip
sam accepimus voluntatem ·
Deus ē eīn sicut ait apostolus
qui operatur in nobis et velle
et perficere· per bonam volun-
tatem· Nec superbia itaq; ho
mo inflammabitur· nec despe
ratione frangetur si bonis di
uinitus datis in gloriam dā-
tis vtat et ab hijs desideria su
a reuocet que sibi nocitura cog
noscit Abstinens eīn ab inui-
die malignitate· a luxurie dis-
solutione· a perturbatione ira
cundie· a cupiditate vindicte·
purificabitur veri sanctificacōe
ieiunij et incorruptibiliū delicia
rū voluptate pascet · vt p vsū
spitalē etiā terrenas copias in

celestē nouerit transferre sub-
stantiam· nō sibi cōdendo que
accepit· ꝗ magis magisqꝫ mul
tiplicando quod dederit· vnde
paterne caritatis affectu dilec
tionem vestram moneniꝰ vt
ieiunium decimi mensis fruc-
tuosum vobis elemosinarꝫ lar
gitate faciatis· gaudētes ꝙ p
vos dominus pauperes suos
pascit et vestit· quibꝫ vtiqꝫ pos
set eas quas vobis cōtulit tri-
buere facultates· nisi pro inef
fabili misericordia sua et illos
iustificaret de paciētia laboris
et vos de ope caritatis Quarta
igit et sexta feria ieiunemus·
sabbato aūt apud beatissimū
petrum vigilias celebremus
qui et orationes et ieiunia et
elemosinas nostras p̄cibus su
is dignabitur adiuuare pres-
tante dōino nostro ihesu xp̄o
q̄ cū patre et spiritu sancto vi-
uit et regnat per· De natiuita
te domini sermo primus

SAluator noster dilec-
tissimi hodie natus est
gaudeamꝰ· neqꝫ enim
locum fas ē ibi esse tristitie vbi
natalis est vite· que consump
to timore mortalitatis· ingerit
nobis de pmissa eternitate le-
ticiam Nemo ab huius alacri
tatis pticipatiōe secernit· vna
cunctis leticie cōmunis ē ratio
qꝛ dn̄s noster peccati mortisqꝫ
destructor· sicut nullum a rea
tu liberum repperit· ita liberā
dis omnibꝫ venit Exultet sanc
tus· quia propinquat ad pal
mam· gaudeat peccator qꝛ in
uitatur ad veniā· animet gen
tilis qꝛ vocat ad vitā· dei nāqꝫ
filius scd̄m plenitudinem tem
poris quā diuini consilij inscru
tabilis altitudo disposuit· re-
conciliandā auctori suo natu
ram generis assūpsit humani
vt inuentor mortis diabolus
per ipsam quā vicerat· vince
retur· in quo cōflictu pro nob
inito magno et mirabili equi-
tatis iure certatum est· dn̄ om
nipotens dominus cum seuis
simo hoste· n̄ i sua maiestate·
sed in nostra cōgreditur humili
tate· obiciens ei eandē formā
eandemqꝫ naturam mortalita
tis quidē nostre pticipem· sed
peccati tocius expertem Alienū
quippe ab hac natiuitate est·
quod de omnibus legitur· ne
mo mūdus a sorde nec infās
cuius vnius diei vita ē super
terram· nichil ergo i istam sin
gularē natiuitatem de carnis
concupiscentia transiuit· nich
il de peccati lege manauit· vir
go regia dauitice stirpis eligi
tur: que sacro grauidanda fe
tu· diuinā humanamqꝫ pro
lem prius conciperet mēte ꝙ
corpe Et ne supni ignara cōsi
lij ad insitatos pauerꝫ affatꝰ
quod in eo operandum erat

a spiritu sancto : colloq̄o dicat
āgelico Nec dampnum credit
pudoris· dei genitrix mox futu
ra Cur eni de cōceptionis noui
tate desperet cui efficiētia de al
tissimi virtute promittitur· con
firmatur credentis fides· etiam
precuntis attestatione miracu-
li· donatur elizabeth inopina
ta fecunditas· vt qui conceptū
dederat sterili· daturus non du
bitaretur et virgini· Verbum;
igitur dei deus filius est· qui ī
pricipio erat apd' deū per quē
facta sunt omnia· et sine quo
factum est nichil· quod factū
est in ipso vita erat: a vita erāt
lux hominum a lux ī tenebris
lucet· et tenebre eam non com
prehenderunt: Fuit homo mis
sus a deo· cui nomē erāt· Propt
liberādum ab eterna morte ho
minem factus est homo· ita se
ad susceptionē humilitatis no
stre sine diminutione sue maie
statis inclinans· vt manens
quod erat· assumens quod nō
erat· veram serui formā et for
me ī qua deo patri est equalis
vniret et tanto federe naturam
vtramq; consereret· vt nec in-
feriorem consumeret glorifica
tio· nec superiorem minueret
assumptio Salua igitur prop
etate vtriusq; substantie et in
vnam coeunte personam sus-
cipitur a maiestate humilitas
a virtute infirmitas ab eterni
tate mortalitas et ad rependē
dum condicōis nostre debitū
natura inuiolabilis nature est
vnita passibili Deusq; verus et
homo verus in vnitatem domi
ni tempatur· vt quod nostris
remediis congruebat vnus at
q; idem dei hominumq; media
tor et mori posset ex vno· et re
surgere posset ex alio Merito
igitur virginee ītegritati nich
il corruptionis intulit partus
salutis· quia custodia fuit pu
doris editio veritatis· Talis er
go dilectissimi natiuitas decuit
dei virtutem· et dei sapientiam
xpristum· qua nobis et hūan
tate congrueret et diuinitate p
celleret Nisi enim esset deus ve
rus nō afferret remedium· nisi
esset homo verus non preberet
exemplum· Ab exultantibus
ergo angelis nascente domino
gloria in excelsis deo canitur·
et pax in terra bonis homini-
bus nunciatur· Vident enī cele
stem iherusalem· ex omnibus
mundi gentibus fabricari De
quo inenarrabili diuine pieta
tis opere quantum letari debe
at humilitas hominum· cum
tantum gaudeat sublimitas ā
gelorum: Agamus ergo dile
ctissimi gratias deo patri per fi
lium eius ī spiritu sancto· qui
propter multam caritatem su
am qua dilexit nos misert? est
nostri· et cum essemus etiam

mortui peccatis conuiuificauit nos
xpo vt essem⁹ i ipo noua cre
atura nouūq3 figmentum De
ponamus ergo veterē hominē
cum actibus suis. et adepti p̄
ticipationem generatiōis xpi
carnis renunciemus operibus
Agnosce o xpiane dignitatē
tuam et diuine consors fact⁹
nature. noli in veterem vili-
tatem degeneri conuersatione
recidere. memēto cuius capitis
et cuius sis corporis mēbrum
reminiscere qr erutus de potes-
tate tenebrarum. translatus
es i dei lumen et regnum. per
baptismatis sacramentum spi
ritus sancti factus es templū.
Noli tantū habitatorē prauis
de te actibus effugare. et dia-
boli te iterum subicere seruitu
ti. quia pretium tuum sanguis
est xpi qr in veritate te iudica
bit qui misericorditer te redēit
Qui cum patre et spiritu sanc-
to viuit. . De eodē sermo se-
cundus.

Exultemus ī domino di
lectissimi et spiritali io
cunditate letemur qr
illuxit dies redēptionis noue
reparationis antique. felicita-
tis eterne. repatᵉ ei nob salutis
nostre ānua ruolucōe sacramē
tum ab initio pmissum in fine
redditum sine fine mansurum
in quo dignum est nos sursū
erectis cordibus diuinum ado

rare misteriū. vt quod magno
dei munere agitur magnis ec
clesie gaudijs celebretur. deus
enim omnipotens et clemens
cuius natura bonitas. cui⁹ vo
luntas potētia. cuius opus mi
sericordia est. statim vt nos di
abolica malignitas veneno sue
mortificauit inuidie. p̄destina
ta renouandis mortalibus pi
etatis sue remedia. inter ipsa
mundi primordia p̄signauit.
denuncians serpenti futurū se
men mulieris qđ noxij capitis
elationem sua virtute contere
ret. xp̄m scz in carne venturū.
deum hominemq3 significans
qui natus ex v̄gine violatorē
hūane ppaginis incorrupta
natiuitate damnaret. Nam
quia gloriabatᵉ diabolus ho-
minē sua fraude deceptū diuīs
caruisse muneribus. et īmorta
litatis dote nudatū durā mor
tis subisse sentēciā. seq3 ī malᵉ
suis quoddā de p̄uaricatoris
consorcio inuenisse solaciū. de
um quoq3 iuste seueritatis ex
igente ratione erga hominem
quē in tāto honore condideāt
antiquā mutasse sentēciā. op⁹
fuit secreti dispensacōne consi
lij. vt incōmutabilis de⁹ cui⁹
volūtas nō potest sua benigni
tate p̄uari. primā pietatis sue
disposicōnē sacramēto occulti
ore compleret vt homo diabo
lice iniquitatis versutia act⁹ in

in culpa cõtra dei propositum
nõ peccaret Aduenientibꝰ ergo
tpibus dilectissimi que redēp=
tioni hominū fuerant prestitu
ta ingreditur hec infirma domi
nus noster ihesus xpc de celes=
ti sede transcendēs· et a pater'
na gloria nõ recedens nouo or
dine noua natiuitate generat?
Nouo ordine qz inuisibilis in
suis· visibilis factus est in no
stris· incōprehensibilis voluit
comprehēdi· ante tpa manēs
esse cepit ex tempore vniuersi=
tatis dominus· seruilem formā
obūbrata maiestatis sue dig=
nitate suscepit· impassibil' de?
nõ dedignatus mortis legibus
subiacere· Noua autem nati'
uitate genitus ē· qa cōceptus
a virgine nat? ex virgine sine
paterne carnis cōcupiscentia·
sine materne ītegritatis īiuria
qz futurum omniū saluatorē
talis ortus decebat· qui et in se
haberet humane substātie na
turam et hūane carnis inqui=
namēta nesciret Auctor enī in
carne nascenti deus est· testan=
te archangelo ad btām mariā
qz spiritus sanct? superueniet
in te et virtus altissimi obum'
brabit tibi Ideoqz quod nasce=
tur ex te sanctum: filius dei vo
cabit· Origo dissimilis ꝫ na'
tura cōsimilis hūano vsu ⁊ cō
suetudine quod credimus ca=
ret· ꝫ diuina potestate subnix

um est· qd virgo concepit vir
go pepit: virgo pmansit Nõ
hic cogitetur patientis condi=
tio · sed nascentis arbitrium q̃
sic homo natus est· vt volebat
et poterat· Si veritatem queris
humane nature cognosce ma=
teriam· si ratione scrutaris ori
ginis· virtutem confitere diui=
nam· venit enim dominus ihe
sus xpc contagia nostra aufer
re nõ ꝑpeti nec succumbere viti
is sed mederi· venit vt omnem
languorē corruptionis et vni
uersa vulnera sordentium cura
ret animarum ꝑp quod oportu
it vt nouo nasceretur ordie q̃
nouam impollute sinceritatis
gratiam humanis corporibus
inferebat Oportuit enim vt p̃
mam genitricis integritatem
nascētis incorruptio custodiēt
vt complacitum sibi claustrū
pudoris et sanctitatis hospici
um· diuini spiritus virtus in'
fusa seruaret· que statuerat de
iecta erigere· confracta solida
re· et superandis carnis illece
bris multiplicatam pudicitie
donare virtutem vt virginitas
que in alijs non poterat salua
esse generando fiet in alijs imi
tabilis renascendo Hoc ipsum
autem dilectissimi quod xpris
tus nasci elegit ex virgine· nõ
ne apparet altissime fuisse rati
onis · vt sciz hūano generi na
tā salutem diabol? ignoraret·

et spiritali latēte cōceptu · quē
nō aliū videret ꝙ alios · nō ali
liter crederet natum esse ꝙ ce
teros Cuius etiam similē cum
vniuersis aduertit naturā parē
habere arbitratus est cum om
nibus causam · Nec itellexit a
trāsgressionis vinculis liberū
quem ab infirmitate mortali-
tatis nō inuenit alienum · Ve-
rax nāqꝫ dei cū ad reparandū
humanum genus ieffabilit ei
multa suppeterent · hanc potis
simum consulēdi viam elegit
qua ad destruendum opꝰ dia
boli nō virtute vterer potentie
ꝫ ratione iustitie · nā superbia
hostis antiqui nō imerito sibi
in omnes homines ius tiran-
niam vendicabat nec idebito
doīnatu p̄mebat quos a man
dato dei spontaneos in obseq-
um sue volūtatis allexerāt · Nō
itaqꝫ iuste admitteret origina
lem deditici͏ȷ seruitutem · nisi de
eo quod subegerat vinceretur ·
qđ vt fieret sine virili sēine edi
tus est xp̄s ex virgine · quam
nō humanus coitus sed sp̄us
sanctus fecundauit Et cū ī oī-
bus matribus conceptio non
fiat sine peccati sorde · hec inde
purgationem traxit · vnde cō-
cepit · quo eni paterni seminis
transfusio nō puēit · peccati se
illic origo nō miscuit Inuiola
ta virginitas concupiscentiam
nesciuit substātiam ministrauit ·

Assūpta ē de matre hoīs natura
nō culpa · creata ē forma serui
sīn cōdicōne seruili · qꝫ nouus hic
cōtēperatꝰ ē veteri vt ꝗ veritatē
susciperet generis · et vitiū ex-
cluderet vetustatis Cū igitur
misericors omnipotensqꝫ salua
tor ita susceptionis huāne mo
deraretur exordia vt virtutē isē
pabilis a suo homine deitatis
per velamen nostre infirmita-
tis absconderet · illusa est securi
hostis astutia qui natiuitatem
pueri in salutē humani gene-
ris p̄creati nō aliter sibi ꝙ ōni
um nascentiū putauit obnoxi
am · vidit eni vagientem atqꝫ
lacrimantem · vidit pānis in-
uolutum · circumcisioni subdi-
tum · et legalis sacrifici͏ȷ oblati
one perfūctum · agnouit dein-
ceps solita pueritie icrementa
et vsqꝫ in viriles annos de na
turalibꝫ nō dubitauit augmē
tis Inter hec intulit contume
lias · multiplicauit iniurias ·
adhibuit maledcā obprobria
blasphēias · cōuitia · omnē pos
trēo ī ip̄m vī sui furoris effu-
dit · ōnia tēptamentorū gene-
ra p̄currit · et sciēs quo huma
nam naturam infecisset vene-
no nequaꝙ̄ credidit p̄me trās
gressionis exortē quem tot do
cumentis didicit esse mortalē ·
Persistit ergo improbus pre
do ꝗ auarus exactor in eū qui
nichil ip̄sꝰ habebat isurgere

Et dum viciate originis p̄iudi
cium generale persequitur cy'
rographum quo tenebať exci
dit· ab illo ĩiquitatis exigēs pe
nam ĩ quo nullam repperit cul
pam Soluitur itaqꝫ letifere pa
ctionis male suasa conscriptio·
et per iniustitiam pl⁹ petendi
tocius debiti summa vacuať·
fortis ille nectitur vinculis su
is· et omne commentum ma-
ligni ĩ caput ipsius retorqueť
ligato mundi principe capti-
uitatis vasa rapiũtur· redit in
honorem suum ab ãtiquis cõ
tagijs purgata natura· mors
morte destruitur· natiuitas na
tiuitate repatur· quoniã simul
et redemptio aufert seruitutē ⁊
regeneratio mutat originem·
et fides iustificat peccatorem·
Quisq̄s xp̄iano nomine pie et
fideliter gloriaris· reconsilia'
tionis huius gratiam iusto p'
pende iudicio Tibi enĩ quon-
dam abiecto· tibi extruso a pa
radisi sedib⁹· tibi per exilia lō
ga morienti· tibi in cinerem et
puluerē dissoluto· cui iã spes
nulla viuendi· per ĩcarnatiōe
tibi potestas data est vt de lō'
giquo ad tuum reuertaris auc
torem· recognoscas parentem
liber efficiaris ex seruo· de ex-
traneo ꝓueharis in filium vt
qui ex corruptibili carne nat⁹
es ex dei spū renascaris· et ob
tineas per gratiã· qᵈ nō habe
bas p naturam· ac si te dei filiũ
p spiñ adoptiōis agnoueris de
um patrem audeas nuncupa-
re· male conscientie absolutus
reatu ad celestia regna suspi-
res· voluñtatē dĩ faciať diuio ful
tus auxilio· imiteris ãgelos su
per terram ĩmortalis substãtie
virtute pascatis· securus adu-
sus ĩimicas tēptationes ꝓpria
libertate cōfligas· et si celestis
milicie sacramenta seruaueris
nō dubites te in castris trium
phalibus regis etern pro vic
toria coronãdum cũ te resurre
ctio pijs parata suscepit ĩ reg-
ni celestis cōsortium prouehē
dum Habentes ergo tãte spei
fiduciam dilc̃issimi in fide qua
fũdati estis stabiles pmanete·
ne idem ille tēptator cuius iã
a vobis dominationem xp̄c ex
clusit aliquibus vos iterũ se-
ducat insidijs et hec ipsa pre
sentis diei gaudia fallatie sue
arte corrumpat illudēs simpli
cioribus animis de quorundã
persuasione pestifera quibus
hic dies solempnitatis nostre
nō tã de natiuitate xp̄i q̄ de no
ui vt dicũt sol' ortu honorabil'
videatur Quorum corda vas-
tis tenebris obuoluta et ab oĩ
icremento vere lucis aliena sũt
trahũť enĩ adhuc stultissimis
gētilitatis errorib⁹ Et qꝛ super
id qᵈ carnali ĩtueť aspectu ne
queunt aciem mentis erigere·

et mistra mundi luminaria di
uino honore venerantur Ab-
sit ab animis xp̄ianis īpia su
pstitio · pdigiosūqz mendaciū
Ultra omnem modū distant a
sempiterno temporalia ab in
corporeo corporea a dominato
re subiecta · qz et si mirandam
habeāt pulchritudinē adoran
dam tamen nō habent deitatē
Illa ergo virtus · illa sapiētia
illa est colenda maiestas que
vniuersitatē mūdi creauit ex
nichilo et in q̄s voluit formas
atqz mensuras terrenā celestē
qz substātiā omnipotenti ratio
ne produxit · sol luna et sidera
sint cōmoda vtētibus sint spe
ciosa cernentibus · s; ita vt de il
lis gratie referantur auctori a
adoretur deus q̄ cō didit nō cre
atura que seruit Laudate igit
dominum dilectissimi in omni
bus operibus eius atqz iudi-
cijs · Sit ī vobis īdubitata cre
dulitas virginee ītegritatis et
partus reformationis huma-
ne sacrū diuinumqz misteriū ·
sancto atqz sincero honorate
seruitio · āplectimini xp̄m in ves
tra carne nascentem vt eundē
deum glorie videre mereamini
in sua maiestate regnātē · qui
cum patre et spiritu sancto ma
net in vnitate deitatis in secula
seculorum ·

De eodē sermo tertius ·

Ota quidē vobis sunt
dilectissimi et frequēt
audita · q̄ ad sacramē-
tum pertinent solēpnitatis ho
dierne · s; sicut illesis oculis vo
luptatem affert lux ista visi-
bilis · ita cordibus sanis eter-
num dat gaudiū natiuitas sal
uatoris que a nobis nūq̄ est
reticenda Nō enī ad illud tan
tummodo sacramentū quo fili
us dei consempitern⁹ est patri
sed etiam ad hunc ortum quo
verbum caro factum est · credi
mus pertinere qđ dictū ē · ge-
nerationem eius quis enarra-
bit ? Deus itaqz dei filius par
atqz eadem de patre a cum pa
tre natura · vniuersitatis crea-
tor et dominus totus vbiqz p̄
sens et vniuersa excedens ī or-
dine tp̄m que ipsius dispositi
one decurrunt · hunc sibi diem
quo in salutem mundi ex bea
ta maria nasceretur elegit īte
gro per oīa pudore generan
tis · cuius virginitas sic nō est
violata partu vt nō fuerat te
merata conceptu vt impleret
sicut ait euāgelista qđ dictum
est a domino per ysaiam pro-
phetam · ecce virgo concipiet
in vtero et pariet filiū et voca-
bit nomen eius emanuel qđ ī
terpretatur nobiscū deus Hic
enī mirabilis sacre virginis p
tus · vere diuinam · vere huma
nā · vna edidit ꝓle naturā · qz

ita ꝓprietates suas tenuit vtrī
q₃ substātia vt psonarum ī eis
posset esse discretio· nec sic cre
atura in societatem sui creato
ris assumpta est vt illa habi-
tator et illa esset habitaculum
sed ita vt nature alteri altera
misceretur· Et quāuis alia sit
que suscipitur· alia vero que
suscipit· in tantam tamen vni
tatem conuenit vtriusque di-
uersitas vt vn⁹ idē q₃ sit fili⁹ q̄ se
a sc̄m qd̄ ē ver⁹ hō p̄re dicit mi
norem et secundū qd̄ ē ver⁹ de
us patri ꝓfitef equalē· Hanc
ei vnitatem dilectissimi qua cre
atura creatori conseritur· intel
ligentie oculis cernere cecitas
arriana nō potuit· que vnige
nitum dei eiusdem cū patre glē
atq₃ substantie esse nō credens
minorem dixit filij deitatem de
hijs que ad formam sunt refe
renda serilem quam idem fili
us di vt ostendat in se nō dis-
crete neq₃ alterius esse persone
sic cum eadem dicit· Ego et pa
ter vnum sumus In forma eīn
serui quam nostre reparatiōis
causa ī seculorum fine suscepit
minor est patre· in forma aūt
dei ī qua erat āte secula equal'
est patri· in humilitate huma
na fact⁹ ex muliere· fact⁹ sub
lege· in maiestate diuina ma-
nēs dei verbum· per quod fac-
ta sūt oīa Proinde qui in for-
ma dī fecit hominē· in fōā serui
fact⁹ ē homo· ꝫ vtrūq₃ de⁹ de
potētia suscipiētis· vtrūq₃ ho-
mo de hūilitate suscepti Tenz
eīn sine defectu proprietatē suā
vtraq₃ natura· et sicut fōā ser
ui forma dei nō adimit· ita for
mā dei serui forma nō minuit·
Sacramētū itaq₃ vnitē cū īfir
mitate v̄tutis ꝑ eād hoīs natu
rā miorē p̄re dici filiū sinit De
itas āt q̄ vna ē ī trinitate pris
et fi et sp· s· ōnē opioꝫ ieq̄lita-
tis excludīt· nichl' ibi h₃ eīnitas
tpale· nichil natura dissimile·
vna illic volūtas· eād substāti
a par ptās· et ū tres dīj ꝫ vn⁹
est deus quia vera et insepabil'
ē vnitas· vbi nulla p̄t esse diū
sitas In integra igif veri hoīs
pfectaq₃ naᵃ verus nat⁹ ē de⁹·
totus in suis totus in nostris·
Nostra autem dicimus· que
nobis ab initio creator condi-
dit· et que reparanda susce-
pit Nam illa que deceptor in
uexit· et homo deceptus admi
sit nullum habuerunt in sal-
uatore vestigium· nec quia cō
munionem humanarum sub
ijt infirmitatum ideo nostrorū
fuit particeps delictoꝝ Assūp
sit formam serui sine sorde pec
cati· humana prouehens diui
na non minuens· Exinanitio
enim illa qua se inuisibilis vi
sibilem prebuit· inclinatio fuit
miseracōis· ū defectio fuit ptās-
tis· Vt g° ad eīnā btitudinem

originalibus vinculis a a mū'
danis reuocemur erroribus ·
ipse ad nos descēdit ad quem
nos nō poterimus ascendere ·
quia et si multis inerat amor
veri: incertarum tamen opin'
onum varietas fallētiū demo
num decipiebatur astutia · et
falsi noīs scientia in diuersas
compugnātesq̧ sentētias hūa
na ignorantia trahebat · Ad
suferēdum aūt hoc ludibriū
quo captiue mentes superbiē
ti diabolo seruiebant · nō suffi
ciebat doctrina legalis · nec p
solas cohortatiōes ꝓpheticas
poterat nara nr̄a r̄pari sed ad
ījcienda erat veritas redēptio
nis mōrlibus institutis · et cor
ruptam ab initio originem no
uis renasci optebat exordijs ·
offerēda erat ꝑ recōsiliandis
hostia q̄ et nr̄i gn̄is socia et no
stre ɔtaminacōis esset aliena ut
ꝑ hoc ꝓpositū dei quo peccatū
mundi i ihesu xp̄i placint na-
tiuitate ac passione delere ad
omnium generationum secula
pertineret ne turbarent nos ·
sed potius confirmarent miste
ria pro tp̄m racōne variata cū
fides qua viuim⁹ nulla fuerit
etate diuersa Cessent igit illo
rum querele · qui impio mur'
mure diuinis dispensationib⁹
obloquentes de dominice nati
uitatis tarditate causant · tāq̄
p̄teritis tēporibus nō sit ipen
sum · quod in vltima mūdi eta
te sit gestū · Verbi i carnatio h̄
contulit facienda · q̄d facta · et
sacramentum salutis humane
in nulla vnq̄ antiquitate cessa
uit · q̄d predicauerūt apostoli
hoc annunciauerunt ꝓphete
nec sero est ipletum q̄d semp ē
creditum · sapiā vero et benig-
nitas dei hac salutifera operis
mora captiores nos sue voca-
tionis effecit · vt q̄d multis sig
nis multis vocibus multisq̧
misterijs per tot fuerat secula
nunciatum in his dieb⁹ euā
gel'ij nō esset ambiguū · et nati
uitas que omnia miracula om
nemq̧ intelligentie erat exces-
sura mensuram · tāto constanti
orem gigneret in nobis fidem
quāto p̄dicatio eius et antiq̄or
precessisset et crebrior · Nō ita
q̧ nouo consilio deus reb⁹ hu
manis nec sera miseratione cō
suluit · sed a constitutione mū-
di vnam eandemq̧ omnibus
causam salutis istituit Gratia
eīn dei qua semper est vniuersi
tas iustificata sanctoꝝ · aucta
est nascente xp̄o nō cepta · Et
hoc magnū pietatis sacramē
tum q̄ iā totus mundus iple-
tus est · tam potens etiā i suis
significationibus fuit vt non
minus adepti sunt qui in illud
credidere ꝓmissum · q̄ qui sus
cepere donatum Unde tum ma
nifesta pietate dilectissimi tāte

in nos diuine bonitatis effuse
sint quibus ad eternitatē vocan
dis nō solum exemplū prece-
dētium vtilitas ministrauit sed
etiam ipsa veritas visibil' et cor
palis apparuit et idō non segni
neq; carnali leticia diem dñice
natiuitatis celebrare debemus
quod digne et itelligent fiet a
singulis. si meminerit quisq; cu'
ius corpis membrum sit et cui
capiti coaptatum. ne sacre edi
ficationi discors cōpago nō he
reat. Cōsiderate dilectissimi et
sm illuminationem spirit9 san
cti prudenter aduertite. quis
nos in se suscepit et quem sus-
cepimus in nobis. Qm̄ sicut
factus est dominus caro nostrā
nascendo. ita et nos facti sum9
ipsius renascendo. ideo et mē-
bra xp̄i et templum sum9 spi
ritus dei. et ob hoc beatus apo
stolus dicit Glorificate et deū
portate in corpe vestro. qui for
mā nob' sue mansuetudinis et
humilitatis īsinuans. ea nos
virtute imbuit: qua redemit.
xp̄o domino polliciēte: Venite
ad me omnes qui laboratis et
onerati estis et ego refitiā vos
Tollite iugum meum sup vos
et discite a me quia mitis sum
et humilis corde Suscipiam9
ergo regentis nos veritatis nō
graue nō asperum iugum. et
simus eius humilitatis simile-
cius glorie volumus esse con

formes. ip̄o auxiliāte et pducē
te nos ad promissiones suas
qui sm magnam misericordiā
suam potens est nostra pecca-
ta delere et sua in nobis dona
perficere ihesus xp̄us dñs nr̄.
Qui viuit et regnat p secu. se.
De eodē smo q̄rtus

Emp quidē dilc̄issimi
diuersis modis multis
q; mensuris hūano ge
neri bonitas diuina cōsuluit et
plurima prouidentie sue mūe
ra omnibus retro seculis clem
ter impt[?]it Sz i nouissimis tē
poribus omnem habundanti
am solite benignitatis excessit
quando in xp̄o ipsa ad pecca-
tores misericordia. ipsa ad er-
rantes veritas. ipsa ad mortu-
os vita descendit. vt v̄bum il-
lud coeternum et equale geni
tori in vnitate deitatis sue na
turam nostre humilitatis assu
meret. et deus de deo natus. idē
etiam homo de homine nascēt
promissum quidem hoc a cōsti
tutione mundi et multis sign
ificationibus rerum atq; v̄borū
sp fuerāt pphatū. Sz q̄ntā hoīz
portioēz figuē ille et misteria ob
ūbrāta saluarēt nisi lōga et occl'
ta pmissa aduētu suo xp̄c iplēt
vt qd' tūc paucis credētibus pfu
it faciēdū inumeris iā fidelibus
pdessz effcm̄. Iā g° nō signis
neq; ymaginibus ad fidē ducim9.
sz euāgelica historia ɔfirmati.

quod factum credimus adora
mus accedentibus ad erudicionē
nostram ꝓpheticis instrumen
tis vt nullomodo habeamus
ambiguum quod oraculis sci
mus esse predictum · Hinc
enī est ꝙ abrahe dominus ait
In semine tuo benedicent om
nes gentes · Hic dauid ꝓmissi
onem dei ꝓphetice canit dicēs
Jurauit dominus dauid veri-
tatem et nō frustrabitur eum ·
De fructu ventris tui ponam
super sedem tuā · Hic idē domi
nus p er ysaiā Ecce īquit vir-
go cōcipiet et pariet filiū ⁊ vo-
cabitur nomen eius emanuel
quod īterpretatur deus Et ite
rum Exiet virga de radice yes
se et flos de radice eius ascen-
det In qua virga nō dubie ꝙ
beata maria virgo p̄dicta ē · q̄
de yesse ac dauid stirpe ꝓgeni
ta et spiritu sancto fecundata ·
nouum florem carnis huma-
ne vtero quidē materno ſꝫ ptu
est enixa virgineo Exultent er
go in laudem dei corda credēti
um et mirabilia eius confiteā
tur filij hominum quoniam ī
hoc precipue dei ope humili-
tas nostra cognoscit · quāti eā
suus conditor estimarit · Qui
cum origini humane multum
dederit · ꝙ nos ad ymaginem
suam fecit · reparationi nostre lō
ge āplius tribuit cū seruili for
me ipse se dominus coaptauit

Quāuis enī ex vna eademqꝫ pie
tate sit quicquid creature crea
tor impendit · minꝰ tamen mi
rum est hominē ad diuina ꝓfi
cere ꝙ deū ad hūana descēdere
Hoc aūt nisi facere dignaret
omīpc · nulla queqꝫ species iu-
stitie · nulla forma sapientie a
captiuitate diaboli et a profū
do eterne mortis erueret · con-
dempnatio enī ex vno in ōnes
cum peccato transiens pmane
ret et letali vulnere tabefacta
natura nullum remediū repe
riret quia conditionem suā su
is viribus mutare nō posset ·
Primꝰ nāqꝫ homo carnis sub
stantiam accepit e terra · et ra
tionali spiritu per inflationem
creantis animatus est · vt ad
ymaginē ac similitudinē auc-
toris sui viuens formā dei boi
tatis atqꝫ iustitie in splendore
imitationis tāꝗ in speculi nito
re seruaret · quā nature sue spe
ciosissimā dignitatē si per ob-
seruantiam legis date pseue-
ranter excoleret ipsam illā ter
reni corporis qualitatem ad ce
lestem gloriam mēs incorrup
ta perduceret · sed qꝛ inuido et
deceptori temere atqꝫ infeliciter
credidit et superbie cōsilijs ac
quiescens repositum honoris
augmentum occupare maluit
ꝙ mereri · Nō soluū ille hō : ſꝫ
etiā vniusa ī illo posteitas au
diuit · terra es ⁊ ī terā ibis Qualꝰ

